



S. AMBROSII
DE OFFICIIS
ET ALIA
OPUSCULA
MEDIOLANI
1474
INCUNABULI
E
6
8
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze









fran. philel. Disticon.
Ave maria gra

Quottidie Gaspar cellebrem tero passibus aulam
Circumquaque vagus assequor inde Nihil

Quottidie Gasparcellebrem tero passibu
L aulam circumquaque vagus assequor
inde Nihil

Quanto fratello car.mo
m.r [illegible] padre [illegible]
[illegible]

F[illegible] m.o

I

Vita sct ambrossi secondum Paulli
episcopi No

II

Vita Sci Ambrosii secundum Paulinu episcopu Nolanum fo 1
Vita Gloriose virginis Agnetis a sancto ambrosio edita fo 17
Passio sanctorum Martyrum vitallis & Agricolle fo 23
Passio sanctorum Martyrum Protasij & Gervasij fo 25
Ambrosii ad Marcellina sororem de inventione Corporum S. Protas & Gervas fo 27
S. Ambrosij Epi Mlanens. De officiis Liber primus. Capit. primum. fo 31
Capit. 2. de ratione silentii fo 32
Capit. 3. de fo 35
Capit. 4. de offitiorum fontibus fo 36
Capit. 5. de Officio loquendi fo 36
Capit. 6. de Officio medio & perfecto fo 37
Capit. 7. de Misericordia in pauperes fo 37.
Capit. 8. de his qui putant deum negligere iustorum afflictiones fo 38
Capit. 9. Solutio Questionis propositae fo 39
Capit. 10. de Officio Adolescentie & verecondia fo 43
Capit. 11. de cohibenda iracondia & indignatione fo 47.
Capit. 12. Quid vite actioni congruat. fo 50.

III

Capit. 13. De IIII^or^ virtutibus fo 51
Capit. 14. De Prudentia primo fonte offitii fo 54.
Capit. 15. De Iusticia secundo fonte offitii fo 54.
Capit. 16. Q fides est fundamentum iusticiae fo 56
Capit. 17. De Beneficentia fo 57.
Capit. 18. De Beniuolentia fo 61.
Capit. 19. De Fortitudine Tertio fonte offitii fo 63
Capit. 20. De Temperantia. Quarto fonte offitii fo 69.
Secundus Liber: Capitulum primum fo 78
Capit. 2. De utilitate fo 82
Tertius Liber: Capitulum primum fo 104
Capit. 2. De comparatione utilis & Honesti fo 105
Capit. 3. De iuuandis proximis: & mutua hominum inter se diligentia. fo 107
Capit. 4. De amicitia probabilli fo 126

Anzà 9853:

D. Io. aluisij : Vicecomitis : ...

VITA SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI SECVNDVM PAVLINVM EPISCOPVM NOLANVM AD BEATVM AVGVSTINVM EPISCOPVM.

HOrtaris uenerabilis pater augustine ut sicut beati uiri athanasius episcopus & hieronymus presbiter stilo ꝑsecuti sunt uitam sanctorum pauli & antonii in heremo positorum sicut etiam martini uenerabilis episcopi turonensis ecclesiæ seuerus seruus dei sermõe cõtexuit ita etiã beati ambrosii episcopi mediolanensis ecclesiæ ego meo ꝑsequar stilo. Sed ego ut meritis tantorum uirorum qui muri ecclesiarum sunt & eloquentiæ fontes ita etiam sermone me imparem noui. Tamen quia absurdũ esse opinor quod præcipis declinare ea quæ a probatissimis uiris q illi ante me adstiterũt & maxime a sorore ipsius uenerabili Marcellina didici uel quæ ipse uidi uel quæ ab his agnoui qui illum in diuersis prouĩciis post obitum ipsius se uidisse narrarunt uel quæ ad illũ scripta sunt cum adhuc obiisse nesciretur adiutus orationibus tuis & meritis tanti uiri licet inculto sermone breuiter strictimq; describam ut lectoris animũ & si sermo offenderit tamen breuitas ad legendum prouocet





Nec uerborum fucis ueritatẽ obducã nedum scriptor elegãtiæ pompam requirit lector tantarum uirtutum amittat scientiã quẽ non magis uerborũ faleras pompasq; sermonũ quã uirtutẽ rerũ gratiãq; spiritus sancti expectare cõueniat Si qdem nouerimus uiatores gratiorẽ habere aquã breui uena stillantẽ fõte cũ sitiũt quã profluẽtis fõtis riuos quorũ copiã sitis tẽpore reperire nõ possũt & ordeacius panis dulcis soleat esse etiam his qui cẽtenis uicibus ferculorũ quotidiani conuiuii copias ructare cõsuerũt . Sed & ortorũ amœna mirantibus herbæ agrestes placere cõsuerunt . Quã ob rem oblecro uos omnes ĩ quorum manibus liber iste uersabitur ut credatis uera esse quæ scripsimus . Nec me qsquã putet studio amoris aliqd quod fide careat posuisse quãdo qdem melius sit penitus nihil dicere quã aliquid falsi proferre cũ sciamus nos omniũ sermonũ nostrorũ reddituros esse rationem . Nec dubitem & si nõ ab omnibus omnia tamẽ a diuersis diuersa sciri & ea cognita nõnullis esse quæ etiã ipse minus aut audire aut uidere potui Vnde a die natiuitatis eius narrandi initium sumam ut gratia uiri ab ipsis cunabulis quæ fuerit agnoscatur .

Igitur posito in administratiõe præfecturæ galliarum patre eius ambrosio natus Ambrosius ẽ q ĩfãs ĩ area prætorii ĩ cunis positus cum dormiret apto ore subito examẽ apũ adueniẽs faciẽ eius atq; ora compleuit ita ut ĩgrediẽdi ĩ os egrediẽdiq; frequentarẽt uices . Quæ pater q ꝓpter cũ matre uel filia deãbulabat ne

abiiceretur ab ãcilla quæ curam nutriẽdi ĩfantis susce
perat ꝓhibens sollicita enim erat ne ĩfanti noceret ex
pectabat tamẽ patrio affectu quo fine illud miraculũ
clauderetur At ille post aliquandiu euolãtes ĩ tantam
aeris altitudinẽ subleuatæ sunt ut humanis oculis mini
me uiderẽtur. Quo facto territus pater ait Si uixerit
ĩfantulus iste aliquid magni erit. Operabatur enĩ iã
tunc dominus ĩ serui sui infantia ut impleretur quod
scriptum est faui mellis sermones boni Illud enim ex
amen apũ scriptorum ipsius nobis generabat fauos q
cœlestia dona annunciarẽt & mẽtes hominũ de terris
ad cœlum erigerent Postea uero cum adoleuisset &
esset ĩ urbe roma cõstitutus cũ matre uidua & sorore
q̃æ uirginitatem fuerat iam professa comite alia uir
gine cuius uirginis soror candida & ipsa eiusdem pro
fessionis quæ nũc chartagine degit iã anus cũ uideret
sacerdotibus a doẽstica sorore uel matre manus oscu
lari ipse ludens offerebat dexterã dicens & sibi id ab
ea fieri oportere si quidẽ episcopũ se futurũ esse me
moraret Loquebatur enĩ iã in illo spiritus domini q
illum ad sacerdotium nutriebat Illa uero ut adolescẽ
tem & nescientem quid diceret respuebat. Sed post
quã edoctus liberalibus disciplinis ex urbe egressus
est profectusq; in additoriũ præfecturæ prætorii ita
splẽdide causas porauit ut eligeret a uiro illustri ꝓbo
tũc præfecto prætorii ad consilium tribuendum. Post
quod cõsularitatis suscepit insignia ut regeret liguriã
æmiliamq; prouincias uenitq; mediolanum.

Per idē tēpus mortuo auxentio arrianæ pfidiæ episco po q dionisio beatæ memoriæ confessore ad exiliū de stinato incubabat ecclesiam cū populus ad seditionem surgeret in petēdo episcopū essetq; illi cura sedandæ seditionis ne populus ciuitatis in periculū sui cōuerte retur perrexit ad ecclesiam Ibiq; cū alloqueret ple bem subito uox fertur īfantis in populo sonuisse Am brosiū episcopū Ad cuius uocis sonitū totius populi ora cōuersa sunt adclamantis Ambrosiū episcopū Ita qui ante turbulentissime dissidebant qa & arriani sibi & catholici sibi episcopū cupiebāt superatis alterutris ordinari repente hunc unum mirabili & incredibili cō cordia consenserunt. Quo ille cognito egressus eccle siam tribunal sibi parari fecit Quippe mox futurus episcopus altiora conscendit. Tūc contra consuetudi nem suā tormenta psonis iussit adhiberi Quod cū fa ceret populus nihilo minus adclamabat peccatū tuū su per nos. Sed nō similiter hic populus tūc clamauit si cut populus iudæorū. Illi enī uocibus suis sanguinem dominicum effuderūt diceutes sanguis eius super nos Isti uero catecuminū sciētes fideli uoce remissionem illi peccatorū omniū p baptismi gratiā pmittebāt Tūc ille turbatus reuersus domū philosophiā pfiteri uoluit futurus uerus philosophus christi q cōtemptis sæcula ribus pōpis piscatorū secuturus esset uestigia q chri sto populos congregarūt nō fucis uerborū sed simpli ci sermone & uera fidei ratiōe missi sine pera sine uir ga etiā ipsos philosophos conuerterūt Quod ubi ne

faceret reuocatus ē publicas mulieres publice ad se in
gredi fecit ad hoc tantū ut uisis his populi ītentio reuo
caretur. At uero populus magis magisq; clamabat
peccatū tuū sup nos At ille cū uideret nihil sua intenti
one posse proficere fugā parauit.

Egressus noctis medio ciuitate cū ticinū se pgere puta
ret mane ad portā ciuitatis quæ romana dicitur īueni
tur. Dominus enī q ecclesiæ suæ catholicæ murū pa
rabat aduersus inimicos suos & turrē erigebat dauid
cōtra faciē damasci hoc ē pfidiā hereticorū fugā illius
īpediuit Qui iuētus cū custodiretur a populo missa re
latio est ad clemētissimū īperatorē tunc ualētinianum
Qui summo gaudio accepit quod iudices a se directi
ad sacerdotium peterētur. Letabatur etiā pbus præ
fectus qa uerbū eius īpleretur ī Ambrosio Dixerat
enī pficiscēti cū mādata ab eodē darētur ut moris ē ua
de age nō ut iudex sed ut episcopus. Pēdente itaq; re
latione iterū fugā parauit. Atq; ī possessione cuiusdā
leontii clarissimi uiri aliquādiu latuit Sed ubi relatio
ni respōsum ē ab eodē leontio proditur Præceptum
enī erat uicario ut īsisteret rebus pficiēdis Qui iniūcta
sibi cū uellet īplere pposito edicto cōuenit omnes ut si
uellent sibi cōsulere rebusq; suis pderent uirū. Prodi
tus itaq; & adductus mediolanū cū ītelligeret circa se
dei uolūtatē nec se diutius posse resistere postulauit
nō se nisi a chatholico episcopo baptizari. Solicitā enī
habebat pfidiā arrianorum. Baptizatus itaque fertur
omnia ecclesiastica officia īplesse atq; octauo die epūs

ordinatus est summa gratia & leticia cũctorum.
Igitur post annos aliquot ordinationis suæ ad urbem romã hoc ẽ ad propriũ solũ perrexit Ibiq; sanctã puelam de qua supra memorauimus cui manum offerre solitus erat ĩ domo propria cũ germana sicut reliquerat inuenit iã matre defuncta Atq; cũ illa dexterã illius oscularetur subridens ait illi Ecce ut dicebam tibi sacerdotis manum oscularis.
Per idem tẽpus cũ trans tiberim apud quandã clarissimam inuitatus sacrificiũ in domo offerret quedã balneatrix quæ paralitica in lecto iacebat cũ cognouisset ibidẽ esse domini sacerdotem in sedula se ad eandem domum ĩ quam ille inuitatus aduenerat portari fecit atq; oranti & imponẽti manus uestimẽta attigit Quæ cum exoscularetur statim sanitate recepta ãbulare cœpit ut impleretur illud dominicũ dictum ad apostolos etiã maiora his facietis in nomine meo Quod tamẽ signum sanitatis ut mirabile fuit ita etiam nec occultum Nam ego hoc in eadem regione post annos plurimos sanctis uiris referentibus positus in urbe cognoui. Sirinium uero cum ad ordinandum episcopum anemiũ puenisset ibiq; Iustinæ tunc temporis reginæ potentia & multitudine coadunata de ecclesia pelleretur ut nõ ab ipso sed ab hereticis arrianis episcopus in eadẽ ecclesia ordinaretur essetq; cõstitutus ĩ tribunali nihil curans eorũ quæ a muliere excitabantur una de uirginibus arrianorũ impudẽtior ceteris tribunal cõscendẽs apprehẽso uestimẽto sacerdotis cum illum adtrahere

4

uellet ad patrem mulierum ut ab ipsis cæsus ecclesia pelleretur audiuit ut ipse solitus erat referre Et si ego indignus tanto sacerdotio sum tamē te nō cōuenit uel professionem tuam in qualēcumq; sacerdotem manus inicere. Vnde debuit uereri dei iudicium ne illi aliqd eueniret Quod dictum exitus cōfirmauit Nam alio die mortuam ad sepulchrum usq; deduxit gratiam ꝓ contumelia rependens Sed hoc factum non leuem ad uersariis incussit metum pacemq; magnam catholicæ ecclesiæ in ordinādo episcopo tribuit Ordinato itaq; catholico sacerdote mediolanum reuertitur Ibiq; Iustinæ supradictæ mulieris innumeras insidias sustinuit Quæ muneribus atq; honoribus aduersum sanctū uirum oblatis populos excitabat Sed infirmorū animi talibus promissis decipiebātur. Promittebat enim tribunatus & diuersas alias dignitates. His qui illū de ecclesia raptum ad exilium perduxissent Quod cum multi conarentur sed deo præsule perficere non ualerent unus infelicior cæteris nomine euthimius in tantum furorem excitatus est ut iuxta ecclesiā sibi domū pararet atq; in eadem carrum constitueret quo facilius raptum super positum carpēto ad exilium deduceret Sed iniquitas eius in uerticem eius descēdit Post annum &enim eodem die quo illum rapere se arbitrabatur in eodem carpento impositus de eadem domo ipse ad exilium destinatus est reputans sibi iusto iudicio dei id in se esse conuersum ut in eodem carpēto dirigeretur ad exiliū quod ipse parauerat sacerdoti Cui

non minimum ſolatium ſacerdos prebuit dando ſum
ptus uel alia quæ erant neceſſaria. Sed hæc confeſſio
hominis nec mulieris furorem nec ueſanorum arria
norum dementiam repreſſit Maiore &enim accenſi
dementia baſilicam portianam inuadere nitebantur.
Exercitus etiam armatus ad cuſtodiendas fores eccle
ſiæ eſt directus ut nemo auderet catholicam eccleſiam
ingredi. Sed dominus qui de aduerſariis ſuis eccleſiæ
ſuæ triumphos donare conſueuit ad eccleſiæ ſuæ muni
mentum militum corda conuertit ut aduerſis ſcutis ec
cleſiæ fores ſeruarent nec egredi dimttterent ſed in
gredi eccleſiam plebem catholicam minime prohibe
rent. Nec hoc ſatis erat miſſis militibus niſi ut etiam
pro catholica fide cum plebe pariter acclamarēt. Hoc
in tempore primum antiphonæ hymni & uigiliæ in ec
cleſia mediolanenſi celebrari cœperunt. Cuius cele
britatis deuotio uſq; in hodiernum diem nō ſolum in
eadem eceleſia uerum etiam per omnes pene prouin
cias occidentis manet.

Per idem tempus ſancti martyres protaſius & gerua
ſius ſe ſacerdoti reuelauerunt. Erant enim in baſilica
poſiti in qua ſunt hodie corpora naboris & felicis mar
tyrū. Sed ſancti martyres nabor & felix celeberrime
frequentabātur. Protaſii uero & geruaſii martyrum
ut nomina ita etiam ſepultura incognita erat in tan-
tum ut ſupra ipſorum ſepulchra ambularent omnes

qui uellent ad cancellos peruenire quibus ſanctorum naboris & felicis martyrum ab iniuria ſepulchra de fendebantur Sed ubi ſanctorum martyrum corpora ſunt leuata & in lecticis poſita multorũ ibi ſanatæ ægri tudines perdocentur. Cæcus etiam ſeuerus nomine qui nunc uſq; in eadem baſilica quæ dicitur ambroſia na quo martyrum corpora ſunt tranſlata religioſe ſer uit ubi ueſtem martyrum attigit ſtatim lumen recepit Obſeſſa etiam corpora a ſpiritibus immundis curata ſumma cum gratia domum repetebant. Sed his bene ficiis martyrum quantum creſcebat fides eccleſiæ ca tholicæ tantum arrianorum perfidia minuebatur De niq; ex hoc tempore ſedari cœpit perſecutio quæ Iuſti næ furore accendebatur ut ſacerdos de eccleſia pelle retur Tamen quoniam intra pallatium multitudo arri anorum cum Iuſtina conſtituta reſidebat tantam dei gratiam quam eccleſiæ ſuæ catholicæ ieſus dominus meritis martyrum conferre dignatus eſt uenerabilẽ que uirum Ambroſium narrabat peccunia comparaſ ſe homines qui ſe uexari ab immundis ſpiritibus men tirentur atque ab illo ſicut & a martyribus ſe torqueri dicerent. Sed hoc iudaico ore loquebantur arriani ſuppares ſcilicet eorum Illi enim de domino dicebãt quoniã ĩ beelzebub prĩcipe demoniorũ eiicit demonia Iſti de martyribus uel de domini ſacerdote loqbãtur quod nõ dei gratia quæ ꝑ illos opabat̃ ĩmũdi ſpiritus

pellerentur ſed accepta peccunia ſe torqueri mentireñ
Clamabant enim demones ſcimus uos eſſe martires
ſed arriani dicebant neſcimus eſſe martires Iam hoc
& in euangelio legimus ubi dixerunt demones ad do
minum ieſum ſcimus te qui es dei filius. Et iudæi di
cebant hic autem unde ſit neſcimus. Sed non hic teſti
monium accipitur demonum ſed confeſſio. Vnde mi
ſeriores arriani uel iudæi ut quod confitentur demo-
nes illi negent? Dominus tamen qui gratiam eccle
ſiæ ſuæ augere conſueuit non paſſus eſt diu inſultari a
perfidis ſanctis ſuis. Vnus itaque ex ipſa multitudi
ne ſubito arreptus a ſpiritu inmundo clamare cœpit
ita torqueri eos ut ipſe torquebatur qui negarēt mar
tires uel qui non crederent in trinitatis unitatem quā
docet Ambroſius At illi hac uoce confuſi qui conuer
ti debuerant & dignam tali confeſſione agere pœnitē
tiam in piſcinam demerſum hominem necauerunt per
fidiæ homicidium adiungentes. Deduxit enim illos
ad hanc finem ſumma neceſſitas. Sanctus uero Am
broſius epiſcopus maioris humilitatis uir factus dona
tam ſibi a domino gratiam reſeruabat. Creſcebatque
quottidie fide & amore corā deo & corā hominibus.
Per idem tempus erat quidam uir de
hereſi arrianorum acerimus nimium diſputator & du
rus atque inconuertibilis ad fidem catholicam. Is con
ſtitutus ī eccleſia tractante epiſcopo uidit ut ipſe poſt
modū loq̄batur angelū ad aures tractātis epī loq̄ntem
ut uerba āgeli populo epſ renūtiare uidereṫ quo uiſo

cōuersus fidē quā expugnabat cœpit ipse defendere Fuerunt etiā duo cubicularii tūc temporis gratiani imperatoris de heresi arrianorū q tractāti episcopo quæstionē proponerēt. Ad quā audiendā altero die ad basilicā porcianā se affuturos promiserāt. Erat enim quæstio de incarnatione domini sed alio die miserādi homines supbiæ tumore cōpleti nec memores promissorum contēpnentes deū ī sacerdote ipsius nec plebis expectātis cōsiderantes īiuriam. Immemores etiā dictorū dominicorū quoniā qui scandalizauerit unū ex minimis istis oportet ut mola asinaria collo eius alligetur & demergatur in profundū maris conscendentes rhedam quasi gratia gestandi ciuitate egressi sunt expectāte sacerdote uel plebe ī basilica cōstituta Sed huius contumaciæ qui finis fuerit horresco referens Subito & cū præcipitati de rheda animas emiserūt atq₃ copora eorū sepulturæ sunt tradita. Sanctus uero Ambrosius cū ignoraret quid factū esset nec diutius posset plebē tenere ascēdens pro tribunali de eadem quæstione quæ fuerat proposita sermonē adorsus est dicens. Debitū quidē uideo soluendū sed hesternos meos nō inuenio creditores & reliqua quæ ī libro scripta sūt q de īcarnatione titulatur Occiso itaq₃ gratiano īperatore de recipiēdi corporis eius causa secundam ad maximū suscepit legationē apud quē quā cōstāter egerit q uoluerit cogōscere legatiōis ipius epistolā ad ualētinianū iuniorē datā cū legerit approbabit Nobis enim alienū a promissione uisum est illam īserere ne

adiunctæ epistolæ prolixitas fastidiū legendi afferret Ipsum uero maximū a comunioīs cōsortio segregauit admonēs ut effuso sanguine domini sui & quod ē grauius innocētis ageret pœnitētiā si sibi apud deū uellet esse cōsultū. Sed ille cū pœnitentiā declinat superbus spiritu nō solum futurā sed etiā præsentē salutem amisit & regnū quod male arripuerat fœmineo quodam modo tumore deposuit ut ꝓcuratorē se rei publicæ nō impatorem fuisse confiteretur. Mortua uero Iustina cū qdam aruspex īnocentius nomine nō tamen opere in causa maleficiorū a iudice torqueretur aliud quam īterrogabatur fateri cœpit. Clamabat enī ab angelo maiora tormēta adhiberi ei qui non comunicaret Ambrosio & custodiret Ambrosiū Quoniā temporibus. Iustinæ ad excitāda odia populorū ī episcopū cacumē tecti ecclesiæ cōscendens medio noctis sacrificauerit. Sed quāto īstantius & sollicitius opera maligna exercebat tanto magis amor populi circa fidem catholicā & domini sacerdotē cōualescebat. Misisse ēt se dæmones qui illum īternecarent fatebatur. Sed dæmones renūciasse se minime nō solū ad ipsum appropiquare posse uerū etiam nec ad fores domus in qua manebat episcopus quoniā ignis īsuperabilis omne illud ædificiū cōmuniret ut etiā lōge positi urrerētur Ita cessasse artes suas qbus aduersū domini saeerdotē se aliqd posse arbitrabatur Alius etiā gladiū ferēs ad cubiculū usq; pueīt ut īterficeret sacerdotē sed cū eleuasset manū districto gladio dextera obrigēte remāsit tūc se missū

a Iustina postquã cõfessus est brachium quod inique cũ extẽderetur obriguerat sanatũ ẽ cõfessione.
Per idẽ tempus cũ illustris probus puerũ suũ notarium qui spiritu ĩmũdo grauiter uexabatur direxisset ad episcopũ egressũ urbem dimisit diabolus timẽs ad uirũ sanctũ pduci. Atq; ita puer quãdiu mediolani apud ep̃m fuit nulla ĩ illo diaboli dominatio apparuit Sed ubi egressus est mediolano & ppe urbem puenit idẽ spiritus q illũ ante habuerat uexare cœpit Qui cũ ĩterrogaret̃ ab exorcistis cur quãdiu fuisset mediolani nõ in illo apparuisset cõfessus est diabolus timuisse Ambrosiũ ideo recessisse ad tẽpus atq; expectasse ĩ illo loco ubi ab illo recesserat donec reuerteret̃ quo reuertẽte uas quod deseruerat repetisse. Extĩcto itaq; maximo posito theodosio ĩperatore mediolani ambrosio uero episcopo cõstituto aquileiæ ĩ partibus orientis ĩ quodã castello a christiaĩs uiris synagoga iudeorum & lucus ualentinianorũ ĩcendio cõcremata sunt pterea quod iudei uel ualẽtiniani ĩsultarẽt monachis christianis. Valẽtinianorũ enĩ heresis trigĩta deos colit. Sed de huiusmodi facto comes oriẽtis ad ĩpatorẽ relationẽ direxit. Qua accepta impator p̃cepat ut synagoga ab ep̃o loci reædificaretur ĩ monachos non uĩdicaretur Sed huius præcepti tenor cũ ad aures peruenisset uenerabilis ambrosii ep̃i direxit ad ĩpatorẽ epistolam qa ipse ĩ tempore excurrere nõ poterat Qua illũ cõuenit ut id quod ab eodẽ statutum fuerat reuocaretur seruari que sibi debere ab illo andientiam.

qui si dignus nõ esset qui ab illo audiret̃ dignus etiam nõ esset qui pro illo a domino audiretur uel cui suas preces cui sua uota cõmitteret Paratum etiam se esse pro tali negocio mortem subire ne dissimulatione sui præuaricatorẽ faceret impatorem qui tam iiusta con tra ecclesiam præcepisset. Postea uero quã mediola num reuersus est posito impatore in ecclesia de eadẽ causa tractauit in populo. In quo tractatu introduxit domini personã loquentis ĩperatori. Ego te ex ulti mo ĩperatorem feci ego tibi exercitũ inimici tui tradi di ego tibi copias quas ille aduersum te exercitui suo parauerat dedi ego inimicũ tuũ ĩ potestatẽ tuã redegi ego de semine tuo supra solium regni tui cõstitui ego te triũphare sine labore feci & tu de me inimicis meis donas triumphos Cui descendenti de exedra impera tor ait Contra nos proposuisti hodie episcope. At il le respondit non se contra ipsum sed pro ipso fuisse lo cutum. Tunc imperator re uera inquit dura præcepe ram contra episcopũ de sinagoga reparãda ĩ mõachos nõ uĩdicãdum esse. Ita & a comitibus qui in tempore aderant dicebatur. Quibus episcopns. Ego quidem cum imperatore nunc ago uobiscum uero mihi aliter agendum est. Atq; ita obtinuit ut illa quæ statuta fu erãt reuocarẽt Nec prius ad altare accedere uoluit q̃ fidẽ suã ĩpator illũ agere debere testaretur. cui epus ergo ago fide tua respõdit ĩpator age fide mea. q̃ spõ sione iterata securus pgit sacerdos diuĩa misteria cele brare. Hæc aũt scripta sũt ĩ epistola q̃ ad germanã suã

fecit in qua tractatũ inseruit quem eodẽ die habuerat de baculo nuceo q a propheta Ieremia iussus esse describitur.

Per idem tẽpus causa thessalonicẽsis ciuitatis nõ minima successit tribulatio sacerdoti cũ pene repperisset deletam ciuitatem. Promiserat enĩ illi ĩperator se ueniam daturũ ciuibus supradictæ ciuitatis. Sed agentibus comitibus occulte cũ ĩperatore ignorãte sacerdote usq; in horã terciã ciuitas est donata atq; plurimi interempti innocentes Quo facto ubi cognouit sacerdos copiã ĩperatori ĩgrediẽdi ecclesiã denegauit Nec prius dignũ iudicauit ut cœtu ecclesiæ uel sacramẽtorũ communione quã publicã ageret pœnitentiã. Cui ĩperator e contra asserebat dauid adulteriũ simul & homicidium ꝑpetrasse. Sed respõsum illico ẽ Qui secutus es errãtem sequere corrigentẽ Quod ubi audiuit clemẽtissimus ĩperator ita suscepit animo ut publicã pœnitentiã nõ abhorreret. Cuius correptiõis ꝓfectus secundã illi parauit uictoriã.

Per idẽ tempus duo potẽtissimi & sapiẽtissimi uiri ꝑsarum ad famã sacerdotis uenere mediolanũ deferentes secũ plurimas quæstiones ut ex iis ꝓbarent sapiẽtiam uiri. Cũ quo ab hora diei prima usq; ĩ horã terciam noctis ꝑ interprætẽ disputauerũt admirãtesq; discesserunt ab eo. Et ut se probarẽt nõ ob aliã causam ueïsse nisi ut certo certius noscerẽt uirũ quẽ fama cõpererãt alia die uale faciẽtes ĩperatori ꝓfecti sũt ad urbẽ romã illic uolẽtes cogñoscere potẽtiã illustris uiri ꝓbi

Qua cognita ad propria remearũt. Sed egresso theo
dosio de italia & constantinopoli constituto ualentinia
no augusto intra gallias posito directa legatio est sub
nomine senatus a symacho tunc præfecto urbis de re
petenda ara uictoriæ & sumptibus ceremoniarũ Sed
ubi comperit sacerdos misso libello ad ĩperatorẽ po
stulauit ut ad se relationis exemplaria dirigerẽtur qui
bus ipse pro patribus suis responsurus esset Qua re
latione accepta præclarissimũ libellum cõscripsit ut cõ
tra nihil unquã auderet symachus uir eloquẽtissimus
respondere. Sed postquã auguste memorie ualenti
nianus ĩ menensi ciuitate quæ est gallorũ ciuitas uitã
finiuit. Eugenius suscepit ĩperium Qui ubi ĩperare
cœpit non multum post petentibus flauiano tũc præfe
cto & arbogaste comite aram uictoriæ & sumptus ce
rimoniarũ quod ualẽtiianus augustæ memoriæ adhuc
in iunioribus annis constitutus petentibus denegaue
rat oblitus fidei suæ concessit Hoc ubi agnouit sacer
dos derelicta ciuitate mediolanensi ad quam ille festi
nato ueniebat ad bononiensem ciuitatem migrauit at
que inde fauentiam usq; perrexit. Vbi cum aliquantis
degeret diebus inuitatus a florentinis ad tusciam usq;
descendit declinans magis aspectum sacrilegi uiri non
formidans ĩperãtis ĩiuriã. Nã & epistolã ad eundem
dedit ĩ qua cõuenit cõsciẽtiã illius de qua pauca e mul
tis ponenda duxi. Etsi ĩperatoria potestas magna sit
tamen considera ĩperator quãtus sit deus corda omni
um uidet & conscientiam interiorem interrogat nouit

omnia ante q̄ fiāt nouit interna pectoris tui Ipsi falli uos nō patimini & domini uultus celare. Nō cecidit ī animā tuū q̄quā. Si illi agebāt tā pseuerāter non ne tuū fuit impator p dei sūmi & ueri & uiui ueneratione pseuerātius obsistere & negare quod erat īiuria sacræ legis Et iterū quoniā igitur meis uocibus & apud deum & apud omnes hoīes teneor aliud mihi nō licere ī tellexi aliud nō oportere nisi ut cōsulerē mihi qa nō potui tibi. In supradicta itaq; ciuitate florētinorū cū ī domo clarissimi quōdam uiri decētii & quod ē amplius christiani maneret filius ipsius pansophius nomine admodū paruulus cū spiritu īmundo laboraret frequēti oratione & īpositione manus sacerdotis ipsius ē sanatus. Sed post aliquātos dies subita infirmitate correptus īfantulus exalauit spiritū Cuius mater ualde religiosa & plena fide ac timore dei ablato illo de supiore parte domns ad īferiora descēdit atq; ī lecto sacerdotis ipso abscēte cōposuit Quē cū reuertēs sacerdos ī lecto īuenisset erat enī illo tēpore extra domū positus miseratus matrē & fidē ipsius cōtēplatus. Heliseo similis supra corpus īfantis se ipse cōposuit atq; orādo meruit ut unū redderet matri quē mortuū īuenerat atq; etiā ad īfantulū libellū cōscripsit ut quod p ætatis in fantiā scire nō poterat legēdo cognosceret Verū tamē factū scriptis suis nō cōmemorauit sed quo affectu declinauerit cōmemorare nō ē nostrū iudicare

In eadem etiā ciuitate basilicā cōstituit ī qua deposuit reliquias sanctorū martyrū uitalis & agricolæ quorū

corpora ĩ bononiẽſi ciuitate leuauerat. Poſita enĩ erãt corpora martyrũ inter corpora iudeorũ. Nec erat co gnitũ populo chriſtião niſi ſe ſancti martyres ſacerdo ti ipſius eccleſiæ reuellaſſet Quæ cũ deponerẽtur ſub altari quod eſt ĩ eadẽ baſilica cõſtitutũ magna illic toti us plebis ſanctæ leticia atq; exultatio fuit pœna demo nũ cõfitentiũ martyrũ merita quorũ paſſionẽ & exitũ breui ac lucidiſſimo ſermone cõſcripſit.

Per idẽ tempus arbogaſtes comes aduerſus gẽtem ſu am hoc eſt frãcorũ bellũ parauit atq; pugnãdo nõ par uam multitudinẽ manu fudit cũ reſiduis nõ pacem fir mauit. Sed cũ in cõuiuio a regibus gentis ſuæ ĩterro garetur utrũ ſciret ambroſiũ & reſpõdiſſet ſe noſſe ui rũ & diligi ab illo & frequẽter cũ illo cõuiuari ſolitum audiuit. Ideo uicis comes qa ab illo uiro diligeris qui dicit ſoli ſta & ſtat Quod ego ideo poſui ut cuius fa mæ fuerit uir ſanctus etiã apud barbaras gẽtes agno ſceretur. Nam & nos referẽte iuuene quodã arboga ſtis admodũ religioſo cognouimus q tũc ĩterfuit erat enĩ ĩ tẽpore quo hæc loquebãtur ubi miniſter Profe ctus itaq; ſacerdos de tuſciæ partibus mediolanum re uerſus ẽ iã ĩde egreſſo eugenio cõtra theodoſiũ ibiq; chriſtiani ĩpatoris præſtolabatur aduẽtũ. Securus de dei potẽtia quod nõ traderet credẽtẽ ĩ ſe hoĩbus iniu ſtis nec reliqueret uirgã peccatorũ ſup ſortẽ iuſtorũ ne extẽderent iuſti ad iniqtatẽ manus ſuas Promiſerat enĩ arbogaſtes tũc comes & flamanus præfectus me diolano egrediẽtes cũ uictores reuerſi fuiſſent ſtabulũ

se esse facturos ĩ basilica ecclesiæ mediolanẽsis atq; cle ricos sub armis probaturos Sed miserãdi hoĩes cum dæmoĩbus suis male creduli sunt & aperiũt os suum ĩ blasphemia apud deũ spem sibi uictoriæ ademerunt. Causa autẽ cõmotionis hæc fuit Quia munera ĩpera toris q se sacrilegio miscuerat ab ecclesia respuebãtur nec orãdi cũ ecclesia societas tribuebatᷣ Sed dominus q ecclesiã suã tueri cõsueuit de cœlo iaculatus ẽ iudici um atq; omnẽ uictoriã ad religiosum ĩpatorem trãstu lit theodosiũ Extĩcto itaq; eugenio satellitibusq; eius cũ scripta acciperet ĩperatoris non illi alia cura maior fuit quã ut ꝓ his ĩterueniret quos reatus ĩuenerat Ob secrans ẽ primo scriptis ĩperatorẽ misso diacono. Po stea uero quã directus ẽ Ioannes tũc tribunus & nota rius q nũc ꝓfectus ẽ ad tutionẽ eorum q ad ecclesiã cõ fugerant etiã ipse aqleiã prexit precatũ pro eis. Qui bus facile uenia ĩpetrata ẽ qa christianus ĩperator pro uolutus ad pedes sacerdotis testabatur se meritis & orationibus eius esse seruatũ Reuertẽs itaq; de urbe aquileia uno die præcessit ĩperatorẽ. Nec diu clemen tissimæ memoriæ theodosius ĩperator susceptis filiis ĩ ecclesia & traditis sacerdoti in hac luce fuit. Post cu ius obitum fere trienium superuixit Quo in tempo re sancti nazarii martyris corpus quod erat in orto po situm extra ciuitatem leuatum ad basilicam apostoloꝝ quæ est in romana trãstulit. Vidimus enim in sepul chro in quo iacebat corpus martyris qui quãdo sit pas sus usq; ĩ hodiernum scire non possumus sanguinem

martyris ita recentem quasi eadē die fuisset effusus. Caput etiā ipsius quod ab impiis fuerat abscisum ita integrū atq; incorrupum cū capillis suis atq; barba ut nobis uideretur eodem tempore quo leuabatur lotū atq; compositū in sepulchro Et quid mirum quando quidem dominus hoc in euāgelio ante promisit quod capillus de capite eorum non peribit Etiam odore tā to repleti sumus ut omnium aromatum uinceret suaui tatem. Quo leuato corpore martyris & in lectica cō posito statim ad sanctū celsum martyrem qui in eodē orto positus est cū sancto sacerdote ad orationē perre ximus Numquā tamē illum ante orasse ī eodem loco compertum habemus. Sed hoc erat signum reuelati martyris si sanctus sacerdos ad locum ad quē nūq̄ an tea fuerat oratū isset. Cognouimus tamē a custodibus loci ipsius dictum quod a parentibus suis illis traditū sit non discedere de illo loco per omnē generationem & progeniem suorum eo quod thesauri magni ī eodē loco positi essent Et uere magni thesauri quos nō eru go neq; tinea exterminet neq; fures effodiāt & furen tur. Quia custos eorum christus est & locus eorum aula cœlestis est quibus uiuere christus fuit & mori lucrum. Translato itaq; corpore martyris ad basilicā apostolorum ubi pridem sanctorum apostolorum re liquiæ summa omnium deuotione deposite fuerant cū tractaret episcopus quidam de populo repletus spiri tu immundo clamare cœpit se torqueri ab Ambrosio At ille conuersus ait ad eum. Obmutesce diabole qa

non te torquet Ambrosius sed fides sanctorum & in
uidia tua. Quoniā illuc uides homines ascendere un
de tu deiectus es. Nā Ambrosius nescit īflari. Quo
dicto ille qui clamabat obmutuit Prostratusq; ī terra
est nec amplius uocem qua obstrepere posset emisit
Per idem tempus cum consulatus sui īperator honori
us in urbe mediolanensi libicanarū ferarū exhiberet
munus populo illuc concurrenti data copia est missis
militibus tūc ab stilicone comite hortatu eusebii præfe
cti ut crisconius quidam de ecclesia raperetur Quem
confugientē ad altare domini sanctus episcopus cū cle
ricis qui in tempore aderant defendendū circundedit
Sed multitudo militū quæ duces duos habebat de psi
dia arrianorū præualuit aduersus paucos Atq; ablato
criscoīo exultantes ad amphitheatrum reuersi sunt ec
clesiæ luctum non modicum relinquentes. Nam sacer
dos prostratus ante altare domini factum diu fleuit.
Sed in tempore cum reuertissent & renunciassent his
a quibus fuerant destinati milites dimissi leopardi sal
tu celeri ad eundem locum in quo sederant qui de ec
clesia triumphabant ascendentes grauiter laniatos reli
querunt. Quod ubi uidit stilico comes pœnitentia
motus est ita ut per multos dies satisfaceret sacerdoti
& illesum quidem illum qui ablatus fuerat Sed quia
grauissimorum criminum erat reus & aliter emenda
ri non poterat ad exilium destinaret nō multo post eo
indulgentia prosequente.
Per idem tēpus cum ad palatiū pergeret eumq; pro

b 3

loco officii nostri sequeremur theodolo tunc notario qui postea summa cum gratia mutinensem rexit ecclesiam cum casu quidam pede lapsus esset atq; prostratus iaceret in terra ridente factum cõuersus sacerdos ait Et tu qui stas uide ne cadas. Quo dicto statim is qui alienũ lapsum riserat suum doluit.

Per idem tempus fritigil quedam regina marcomannornm cum a quodã christião uiro qui ad illam forte de italiæ partibus aduenerat referente sibi audiret famam uiri christo credidit cuius illum seruulum recognouerat. Missisq; muneribus ad ecclesiam per legatos postulauit ut scriptis ipsius qualiter credere deberet ĩformaretur Ad quã ille epistolam fecit præclarã in modum catacismi in qua etiã admonet ut suaderet uirum suum romanis pacem seruare qua accepta epistola mulier suasit uiro ut cum populo suo se romanis traderet. Quæ cum aduenisset mediolanum plurimũ doluit quod sanctũ sacerdotem ad quem festinauerat minime repperisset Iam enĩ de hac luce migrauerat.

Temporibus gratiani ut retro redeam cum ad prætorium macedonii tunc magistri officiorum pro quodã intercedendo prexisset atq; ex præcepto supradicti uiri fores inuenisset clausas nec copiam ingrediẽdi adeptus esset ait. Et tu quidem uenies ad ecclesiam nec clausis sed aptis ianuis ĩuenies qua gradiaris. Quod & factum est mortuo gratiano confugiens &enim macedonius ad ecclesiam patentibus ianuis aditum reperire nõ poterat. Ipse autem uir uenerabilis episcopus

erat multæ abſtinentiæ & multarum uigiliarum quotti
diano ieiunio macerans corpus. Cui prandēdi nūquā
conſuetudo fuit niſi die ſabbati & dominico uel cū nata
licia celeberrimorum martyrū eſſent. Orandi etiā aſſi
duitas magna die ac nocte Nec operā declinabat ſcri
bēdi propria manu libros niſi cū aliqua īfirmitate cor
pus eius attereretur. Erat enī in illo ſollicitudo omni
um eccleſiarum. Interueniendi etiam magna aſſidui
tas & conſtantia In rebus etiam diuinis implendis for
tiſſimus In tantū ut quod ſolus īplere ſolitus erat cir
ca baptizandos quīque poſtea epiſcopi tempore quo
deceſſit uix implerent. Sollicitus etiam pro pauperi
bus & captiuis nimium Nam in tempore quo epiſco
pus ordinatus eſt aurū omne atq; argentū quod habe
re poterat eccleſiæ uel pauperibus contulit. Prædia
etiā quæ habebat reſeruato uſufructu germanæ ſuæ
donauit eccleſiæ nihil ſibi quod hic ſuum diceret dere
linquens ut nudus atq; expeditus miles chriſtum do
minum ſequeretur qui cū diues eſſet propter nos pau
per factus eſt ut nos eius inopia ditaremur. Erat etiā
gaudens cū gaudentibus & flens cum flentibus Siqui
dem quotienſcūq; illi aliquis ob percipiendā pœnitē
tiam lapſus ſuos confeſſus eſſet ita flebat ut etiam illū
flere compelleret Videbatur enim ſibi cum iacente
iacere. Cauſas etiā criminū quas illi confitebatur nul
li niſi domino ſoli apud quem intercedebat loquebatᷣ
Bonū relinquens exemplū poſteris ſacerdotibus ut
interceſſores magis apud deū ſint quam accuſatores

apud homines. Nã & secũdũ apostolũ circa huiusce modi hoĩem cõfirmanda caritas est qa ipse sui accusator est nec expectat accusatorem Sed præuenit ut confitẽdo suũ absoluat ipse delictũ nec habeat quod aduersarius criminetur Ideoq; scriptura dicit Iustus in sermonis prĩcipio accusator ẽ sui Vocẽ enim præripit aduersario & quasi dẽtes quosdã paratos ad prædam criminationis ĩfeste peccatorũ suorũ cõfessione cõfringit dãs honorẽ deo cui nota sunt omnia & qui uult uitã magis peccatoris quã mortẽ Nã & ipsi pœnitenti nõ sufficit sola confessio nisi subsequat̃ emẽdatio facti ut pœnitẽs pœnitẽda nõ faciat humiliet etiã animã suã sicut dauid sanctus q post quã audiuit a ꝓpheta dimissũ est peccatũ tuum humilior factus est ĩ emẽdatione peccati ita ut cinerẽ sicut panẽ mãducaret & potũ suũ cum fletu misceret Flebat etiã amarissime quociẽscũq; forte nunciatum illi fuerat de cuiuscũq; sancti obitu sacerdotis In tantũ ut nos illũ cõsolari uideremur ignorãtes piũ affectũ uiri nec qua ratione ita fleret ĩtelligentes. Quibus ille huiusmodi respõsum reddebat non se flere quia recesserat qui fuerat mortuus nunciatus sed quia se præcesserat uel quia difficille esset ĩueniri uirũ qui summo sacerdotio dignus habeatur. Ipse autẽ de sua morte ante prædixit quod usq; pascha nobis cum futurus esset Quod quidẽ meruit domino obsecrãdo quo maturius liberaretur Ingemiscebat enĩ uehemẽter cũ uideret radicẽ omniũ malorũ auariciã quæ neq; copia neq; ĩopia minui potest magis magisq; icre

ſcere ĩ hominibus & maxime in iis q in poteſtatibus erãt conſtituti Ita ut interueniendi illi apud illos grauiſſimus labor eſſet quia omnia pretio diſtrahebant quæ res omne malũ primo inuexit italiæ Exinde oĩa uertuntur ĩ peius & quid dicã? Si in huiuſmodi perſonis ita rabiem ſuã exercet qui ſolent aut filiorũ aut propinquorum cauſas prætendere ad excuſaudas excuſationes in peccatis quando quidem pleroſq; cœperit etiã celebres ſacerdotes uel leuitas quibus portio deus eſt ut illi etiã ipſi appetant. Sed ue mihi miſero qui nec fine mundi prouocamur ut tam graui iugo ſeruitutis liberari uelimus quod demergit uſq; ad profundũ inferni ut faciamus nobis amicos de mamona iniquitatis qui nos recipiant in æterna tabernacula Attamen beatus ille qui quando cõuerſus diſruptis uĩculis atq; proiecto iugo huiuſmodi dominationis tenebit & allidet paruulos eius ad petram hoc eſt oẽs ĩtentiones eius allidet ad chriſtũ qui ſecundũ apoſtolũ petra eſt. Quæ omnes ad ſe alliſos ĩterimit ipſa iuiolabilis manens nec reũ faciens eũ qui ad ſe alliſerit nequiſſimi uteri deteriores partus ſed ĩnocentem ita ut ſecurus poſſit dicere portio mea dominus Quia cui nihil in ſæculo eſt illius portio chriſtus eſt & qui contempſerit parua multa percipiet ĩſuper & uitam æternam poſſidebit. Ante paucos uero dies quam lectulo detineret cũ quadrageſſimũ tertiũ pſalmũ dictaret me excipiẽte & uidẽte ſubito ĩ modũ ſcuti breuis ignis caput eius coopuit atq; paulatĩ per os ipſius tãq̃ in do

mum habitator ingressus est Et facta est facies eius
tãquam nix postea uero reuersus ẽ uultus eius ad spe
ciem suam. Quod cũ fieret stupore percussus obri
gui nec potui scribere quæ ab illo dicebantur nisi po
stea quã uisio ipsa transiuit. Dicebat enim in tempore
testimoniũ scripturæ diuinæ quod ego optime retine
bam Nam scribendi uel dictandi ipso die finem fecit
si quidem ipsum psalmũ explere nõ potuit Ego uero
id quod a me uisum fuerat honorabili uiro casto diaco
no sub cuius cura degebam statĩ rettuli At ille reple
tus gratia dei spiritus sancti aduentũ me ĩ illo uidisse
docuit lectione actuũ apostolorũ Superioribus autẽ
diebus cũ stiliconis tũc comitis seruus quẽ a demonio
liberauerat in ambrosiana basilica iam sanus maneret
cõmendatus a domino suo ferebatur enim quod libẽ
ter ab eodem haberetur faceret falsas epistolas tribu
natus in tãtũ ut tenerẽtur hoĩes qui ad ministrãdũ per
gebant Sed ubi ad psonã serui sui peruenit comes stili
co ipse ĩ seruo noluit uĩdicare Homines etiã q decepti
fuerãt ĩteruẽtu sacerdotis dimisit de ipo uero seruo sa
cerdoti questus ẽ Quem uir sanctus cũ de basilica ã
brosiana egrederetur requiri fecit atq; ad se perduci
Quẽ cũ ĩterrogasset & depræhẽdisset auctorẽ tauti fla
gitii ait Oportet illũ tradi satanæ in interitum carnis
ne talia in posterum audeat admittere quem eodem
momento cum adhuc sermo esset in ore sacerdotis
spiritus immundus arreptum discerpere cœpit Quo
uiso nõ minimo timore repleti sumus & admiratione

ratione. Multos etiam diebus illis imponēte illo ma
nus & imperante ab ſpiritibus immundis uidimus ēē
purgatos.
Per idem tempus Moetius quidam ex tribuno & no
tario qui ita pedum dolore tenebatur ut raro in publi
co uideretur cum ad altare acceſſiſſet ut ſacramenta ꝑ
ciperet calcatuſq; caſu a ſacerdote exclamaſſet audiuit
Vade & amodo ſaluus eris. Nec ſe amplius doluiſſe
pedes tempore quo ſanctus ſacerdos de hac luce mi
grauit lacrimis teſtabatur.
Sed poſt dies hos ordinato ſacerdote eccleſiæ ticinen
ſis incidit in infirmitatem Qui plurimis diebus cū
detineret̄ ī lectulo comes ſtilicho dixiſſe fertur quod
tanto uiro recedente de corpore interitus immineret
italiæ. Vnde conuocatis ad ſe nobiliſſimis uiris illius
ciuitatis quos diligi a ſancto ſacerdote cognouerat par
tim interminatus eſt illis partim blando ſermone per
ſuaſit ut pergerent ad ſanctum ſacerdotem ſuaderent
q; illi ut ſibi uiuendi peteret a domino commeatum.
Quod ille ubi ab illis audiuit reſpondit. Non ita in
ter uos uixi ut pudeat me uiuere nec timeo mori quia
bonum dominum habemus.
Per idē tempus cū ī extrema parte porticus in qua ia
cebat in uno poſiti caſtus polemius uenerius & felix
tunc diacones ſecum tractarent uoce ita preſſa ut uix ī
uicē audirēt q poſt obitū illius ep̄us ordinādus ēēt atq;
cū de noīe ſancti loqrēt̄ ſimpliciāi tāq̄ īterēēt tractatui
cū lōge poſitus ab ipſis iaceret ad ꝓbās exclāauit tertio

Senex sed bonus. Erat eni simplicianus æui maturus Qua uoce audita expauescentes fuerunt. Defuncto tamen eo non alius illi successit in sacerdotium nisi is quem ille bonum senem trina uoce signauerat. Cui simpliciano uenerius quē supra memorauimus successor fuit felix uero nunc usq; bononiensem regit ecclesiam. Castus autem & polemius nutriti ab Ambrosio bonæ arboris boni fructus in ecclesia mediolanensi diaconii funguntur officio. In eodem tamen loco in quo iacebat sicut referente sancto bassiano episcopo laudēsis ecclesiæ qui ab eodem audierat didicimus cū oraret uua cum supradicto sacerdote uiderat dominum iesū aduenisse ad se & adridentem sibi Nec multos post dies a nobis ablatus est. Sed eodem tempore quo a nobis migrauit ad dominū ab hora circiter undecima diei usque ad illam horam qua emisit spiritum expansis manibus in modum crucis orauit. Nos uero labia illius moueri uidebamus uocem autem non audiebamus. Honoratus etiam sacerdos ecclesiæ uercellensis cum in superiora domus se ad quiescēdum composuisset tercio uocem uocantis se audiuit dicentisq; sibi Surge festina quia modo est recessurus Qui descendens obtulit sanctū domini corpus Quo accepto ubi glutiuit emisit spiritū Bonū uiaticū secum ferens ut in uirtute escæ esset animæ refectio Angelorū nūc cōsortio quorū uita uixit in terris & heliæ societate letatur Quia ut helias nunquā regibus uel ullis potestatibus ita & iste pro dei timore loq ueritus non ē Atq; inde

ad ecclesiam maiorem antelucanam horam qua defū
ctus est corpus ipsius portatum est Ibiq; eadem fuit
nocte qua uigilauimus in pascha. Quem plurimi infā
tes baptizati cum a fonte uenirent uiderūt ita ut alii se
dentem in cathedra tribunali dicerent. Alii uero ascē
dentem suis parentibus digito ostenderent Sed illi
uidentes uidere non poterant quia tam mundos ocu
los non habebant. Plurimi autem stellam supra cor
pus eius se uidere narrabant. Sed lucescente die do
minico cum corpus ipsius peractis sacramentis diui
nis de ecclesia leuaretur portandum ad basilicam am
brosianam in qua positus est ita ibi dæmonum turba
clamabat se ab illo torqueri ut eiulatus eorū ferri non
possent Quæ gratia sacerdotis non solum in illo loco
uerum etiam in plurimis prouinciis usq; in hodiernū
diem manet Iactabant etiam turbæ uirorum ac mulie
rum oraria uel semicintia sua ut corpus sanctum aliq̃
tenus ab ipsis contingeretur. Erant enim exequiarū
turbæ innumerabiles totius dignitatis totiusq; sexus
omniumq; pene ætatum nō solum christianorum sed
& iudæorum & paganorum Maiore tamē gratia or
do præcedebat eorum qui fuerant baptizati eadem ta
men die qua uir dei obiit sicut textus epistolæ loquit̃
quæ a successore ipsius uenerabili uiro simpliciano su
scepta est de partibus orientis ad ipsum tāquā adhuc
nobiscum uiuentem directa quæ nunc usq; mediolani
habetur ī monasterio cuiusdā uiri sancti apparuit orās
cum illis & imponens illis manus. Habet enim diem

epiſtola quæ directa ē. Qua lecta inuenimus diē eſſe quo ille defunctus eſt. Intra tuſciam etiam in ciuitate floretina ubi nūc uir ſanctus zenobius epiſcopus ē qa promiſerat ſe petentibus illis illos ſæpius uiſitaturum frequenter ad altare quod eſt in baſilica ambroſiana quæ ibidem ab ipſo conſtituta eſt uiſum orare ſanctū uirum ſacerdote zenobio referente didicimus In eadē etiam domo in qua declinans eugenium manſit tem pore quo radegaiſus ſupradictam ciuitatē obſidebat cum iam de ſe penitus deſperaſſēt uiri ciuitatis ipſius per uiſum cuidam apparuit & promiſit alio die ſalutē illis affuturam Quo referente ciuium animi ſunt ere cti Nam altero die adueniente ſtilicone tūc comite cū exercitu facta eſt de hoſtibus uictoria Hæc panſophia religioſa fœmina matre pueri panſophii referente co gnouimus Maſcizeli etiam deſperāti de ſalute ſua uel exercitus quē ductabat cōtra gildonē baculum tenens manu ī uiſiōe noctis apparuit Ad quē cū prouolueret ad pedes ſancti uiri Maſcizel percutiēs terrā ſenex ba culo a quo regebat tercio hac enī illi ſpecie apparuerat ait hic hic hic ſignās locū deditq; intellectū uiro quē ui ſitatione dignum fuerat arbitratus ut agnoſceret ſe in ipſo loco ī quo ſanctū domini uiderat ſacerdotem die tercia uictoriam adepturum atque ita ſecurus bellum incohauit & cōſumauit. Nos tamen ea mediolani poſi ti ipſo Maſizele referēte cognouimus Nā & in hac ꝓ uicia ī qua nūc poſiti ſcribīus plurimis hoc ipſū retulit ſacerdotibus qbus etiā referētibus ſecurius nobis āte

cognita huic libro arbitrati sumus adiungere Sisinnii etiam & alexandri martyrum qui nostris temporibus hoc est post obitũ sancti Ambrosii ĩ ananniæ partibus ꝑsequẽtibus gẽtilibus uiris martyrii coronas adepti sunt cũ reliquias mediolani summa cũ deuotione susci peremus adueniẽte quodã coco & referẽte didicimus q eodem die tacto loculo in quo sanctorũ reliqꝗ æ por tabãtur lumen recepit eo quod ꝑ uisum noctis uidisset nauẽ ad ꝓpinquãtem littori ĩ qua erat multitudo alba torum uirorũ Quibus descẽdẽtibus ad terrã cũ unus de turba deprecaretur ut sciret qui essent uiri audierit Ambrosiũ eiusq; consortes Quo audito nomine cũ deprecaret᷑ ut lumen reciperet audierit ab eo Perge mediolanũ & occurre fratribus meis qui illo uenturi sunt designans diem & recipies lumen Erat enĩ uir ut ipse adserebat de littore dalmatino Nec se uenisse an te in ciuitatẽ quã recto itinere reliquiis sanctorũ occur risset nondum uidens Sed tacto loculo uidere cœpis set His itaq; decursis non arbitror graue uideri si pa ululũ ꝓmissionis nostræ metas excesserimus ut dictũ domini quod ꝑ os sanctorũ prophetarum locutus est impletum esse doceamus Sedentem aduersus fratrẽ suum & detrahentem occulte persequebar Et alibi no li diligere detrahere ne eradiceris Vt quicumq; for te huiusmodi captus est consuetudine cum legerit qua liter in his qui sancto uiro detrahere ausi sunt fuerit uĩdictã ipse etiã ĩ aliis emẽdetur Igitur dõatus qdã na tione apher presbiter tamen ecclesiæ mediolanensis

cū in cōuiuio positus ī quo erāt nōnulli militares uiri religiosi detraheret memoriæ sacerdotis aspnātibus illis & deserētibus līguā nequā subito uulnere pcussus graui de eodē loco ī quo iacebat alienis manibus sublatus ī lectulū positus ē atq; īde ad sepulchrū usq; deductus In urbe etiā cartaginēsi cū apud fortunatū diaconem fratrē uenerabilis uiri aurelii epī ad cōuiuiū cōuenissem una cum īnocentio colositano epō murano etiā epō bolitano sed & aliis epīs & diaconibus tūc murāo epō detrahēti sancto uiro retuli exitū presbiteri superius memorati Quod ille de alio dictū de se oraculū maturo sui ictu cōprobauit Nā de eodē loco ī quo iacebat cū subito uulnere īgenti esset pcussus alienis manibus ad lectū usq; portatus ē Atq; īde ī domū in qua hospitabatur reductus diē clausit extremū Iste finis uirorū illi detrahētiū fuit Quē uidētes q tūc erāt admirati sunt Vnde hortor & obsecro omnē hoīem q hūc librū legerit ut imitetur uitā uiri laudet dei gratiā & declinet detrahētiū līguas si magis uult consortiū habere cū Ambrosio ī resurrectiōe uitæ q̄ cū detrahētibus subire suppliciū quod nullus sapiēs nō declinat Tuā etiā precor beatitudinē pater ut ꝑ me humillimo & peccatore paulino cū omnibus sanctis q tecū īuocāt nomen domini nostri iesu christi ī ueritate orare digneris Vt q ī adipiscēda gratia cū tāto uiro nō sum dignus habere consortiū adepto meorū ueniā peccatorum sit mihi præmiū fugisse supplicium.

VITA GLORIOSE VIRGINIS AGNETIS A SANCTO AMBROSIO EDITA.

AMbrosius seruus christi uirginibus sacris diem festum sacratissimæ uirginis celebramus Hinc psalmi resonant inde concrepant lectiones . hinc populorũ turbæ letantur inde subleuantur pauperes christi. Omnes ergo gratulemur in domino & ad ædificationẽ uirginum qualiter passa sit Agnes beatissima ad memoriam reuocemus. Tercio decimo ætatis suæ anno mortem pdidit & uitam inuenit: quia solum uitæ dilexit auctorem infantia cõputabatur ĩ annis sed erat senectus mentis ĩmensa. Corpore quidem iuuencula sed aĩo cana pulchra facie sed pulchrior fide Dũ ab scholis reuertit̃ a præfecti urbis filio adamat̃ cuius parẽtes dũ reqsisset cœpit offerre plurima & plurima promittere: deniq; detulerat secũ pretiosissima ornamenta quæ a beata Agnete ueluti quædã sũt stercora recusata. Vnde factum est ut iuuenis maiori purgeretur stimulo & putans eam meliora uelle accipere ornamẽta omnem lapidem preciosum secum detulit & per se ipsum & per amicos & notos & affines cœpit aures uirginis appellare diuitias domos possessiões familias atque omnes mundi diuitias repromittere si cõsẽsum suũ coniugio nõ negaret. Ad hæc beata Agnes tale fertur iuueni dedisse responsum. Discede a me fomes peccati nutrimentum facinoris pabulum mortis

Discede a me quoniã iam ab eo amatore præuẽta sum
qui mihi satis meliora te obtulit ornamenta & anulo fi
dei suæ subarrauit me longe te nobilior & genere &
dignitate ornauit me inæstimabili margarita dextram
meam & collũ meum cinxit lapidibus preciosis tradi-
dit auribus meis inæstimabiles margaritas & circun
dedit me uernãtibus atq; coruscantibus gemmis posu
it signum suum in faciem meã ut nullũ præter ipsum
amatorem admittam induit me dominus cyclade auro
texta & ĩmensis monilibus ornauit me ostẽdit mihi the
sauros incõparabiles quos mihi se donaturum si ei pse
uerauero repromisit Non ergo potero ad cõtumeliã
prioris amatoris uel aspicere alium & illum derelĩque
re cum quo sum depicta charitate cuius ẽ generositas
celsior possibilitas fortior aspectus pulchrior amor su
auior & omni gratia elegãtior a quo mihi iã thalamus
collocatus est cuius mihi organa modulatis uocibus re
sonãt cuius mihi uirgines modulatis uocibus cãtant Iã
mel & lac ex eius ore suscepi iam amplexibus eius ca
stis astricta sum iam corpus eius corpori meo sociatũ
est & sanguis eius ornauit genus meum cuius mater
uirgo est cuius pater feminam nescit cui angeli serui
unt cuius pulcritudinẽ sol & luna mirant̃ cuius odore
reuiuiscunt mortui cuius tactu cõfortantur infirmi cu-
ius opes nunquam deficiunt cuius diuitiæ nõ decrescũt
ipsi soli seruo fidem ipsi me tota deuotione committo
quẽ cũ amauero casta sum cum tetigero mũda sum cũ
accepero uirgo sum nec deerunt post nuptias filii ubi

partus sine dolore succedit & fecunditas quottidiana
cumulatur Audiens hæc insanus iuuenis amore corrũ
pitur cæco & ĩter ãgustias animi & corporis anelo cru
ciabatᷓ spiritu Interim lecto ꝓsternitur & per alta suspi
ria amor medicis aperitur fiũt nota patri quæ fuerant
inuenta a medicis & eadẽ paterna uoce quæ fuerant iã
dicta a filio ad petitionẽ uirginis reuoluuntᷓ. abnegat
Agnes beatissima & se nullo pacto prioris asserit spõ
si fœdera uiolare cũque pater diceret in fascibus se age
re præfecturæ & idcirco non sibi quãuis illustrissimũ
etiã posse præferri cœpit tamẽ uehemẽtissime ĩquire
re quis esset spõsus eius cuius se Agnes potestate ia-
ctaret Extitit quidã ex parasitis eius qui diceret hanc
christianã esse ab ĩfantia & magicis artibus ita occupa
tam ut dicat Christũ sponsum suũ Audiens hæc præ-
fectus letus efficitur & missa apparitione cũ ingẽti stre
pitu suis etiam tribunalibus præcepit sisti Et primo q
dem blãdis eam sermõibus secretius ꝓuocat dein ter-
roribus pulsat Sed uirgo Christi nec blandimentis se
ducitᷓ nec terrore cõcutitᷓ sed eodẽ uultu eodẽ aĩo ꝑse
uerãs terrẽtẽ similiter sicut blãdiẽtẽ animo deridebat
Videns itaque Simphronius præfectus tantã in puel
la cõstantiã parentes eius adloquitᷓ & quia erant nobi
les & uim eis inferre non poterat titulum eis christia
nitatis opposuit: sequenti nãque die Agnem sibi pre
sentari iubet & iterum iterũque repetẽs replicare cœ-
pit de iuueĩs amore sermonẽ cũque omnis sermo eius
casso labore deficeret sisti eam iterũ suis tribunalibus

iussit cui & dixit superstitio christianorũ de quorum te magicis artibus iactas nisi a te fuerit segregata nõ poteris a te insaniam abiicere pectoris neque æquissimis cõsiliis prebere cõsensum Vnde te ad uenerandã deam Vestã præparare necesse est ut si perseuerãtia uirginitatis placet eius die noctuq; sacrificiis reuerẽdis ĩsistas Ad hæc beata Agnes dixit Si filium tuũ quamuis iniquo amore uexatũ tamẽ uiuentem hominem recusaui: hominem utiq; qui & rationis capax qui & audire & uidere & palpare & ambulare põt & fiorẽ lucis huius cũ bonis pfrui si ergo hunc cã amoris Christi nulla possũ ratione respicere quo mõ possum Idola muta & surda & sine sensu & sine aĩa colere & ad iniuriam sũmi dei ceruices meas lapidibus inclinare Audiens præfectus Simphronius dixit Cupio cõsultum infãtiæ tuæ & adhuc te deos blasfemantem idcirco differo quia annos tuos infra sensũ aspicio Noli ergo temetipsam ita despicere ut motus deorum incurras Beata Agnes dixit Noli infãtiam corporalem ita ĩ me despicere ut putes me te uelle habere propiciũ Fides enim nõ in ãnis sed in sensibus inuenitur & deus omnipotens mẽtes magis cõprobat q̃ ætates: deos autem tuos quorum motus me ĩcurrere nõ uis ipĩ se irasci pmittãt ipsi loq̃nt ipsi mihi hoc præcipiant ipsi iubeãt se coli ipĩ iubeãt se adorari uerũ quoniã te ad hoc uideo tẽdere quod ipetrare non poteris quidqd tibi uidetur exerce Simphronius præfectus dixit Vnum tibi e duobus elige aut cũ uirginibus deæ uestæ sacrifica aut cũ meretricibus scortaberis ĩ cõtubernio lupanari & lõge erũt a te christiãi

q te ita magicis artibus ĩbuerũt ut hãc calamitatẽ ĩtrepi
do aĩo te posse pferre cõfidas. Vnde ut dixi aut sacrifi
ca deæ uestæ ad laudẽ generis tui aut ad ignominiã na
talium tuorum eris publicæ abiectionis scortum. Tũc
beata Agnes cũ ingẽti cõstãtia dixit Si scires qs ẽ de-
us meus nõ ista de ore tuo pferres Vnde quia ego no
ui uirtutem domini mei Iesu christi secura cõtẽdo mi-
nas tuas credẽs q neq; sacrificẽ idolis tuis neq; polluar
sordibus aliẽis Mecũ enĩ habeo custodẽ corporis mei
angelũ domini Nã unigenitus dei filius quem ignoras
murus ẽ mihi ĩpenetrabilis & custos mihi est nũq̃ dor
miẽs & defensor mihi ẽ nũquã deficiens Dii autem tui
aut ærei sunt ex quibus cõgrue melius fiũt ad usus ho
minũ aut lapidei ex qbus sternũt plateæ Diuinitas er
go nõ in lapidibus uanis habitat sed ĩ cœlis non in ære
aut ĩ aliquo metallo sed ĩ regno superno cõsistit tu aũt
& similes tui nisi ab istoꝝ cultu recesseritis simul uos
pœnæ cõcludẽt sicut enĩ illi igne cõflati sunt ut funderẽ
tur sic colentes eos ppetuo ĩcendio conflabunt nõ ut
fundãtur sed ut cõfundant & pereant ĩ æternum Ad
hæc insanus iudex iussit eã spoliari & nudã ad lupanar
duci sub uoce præconia dicens Agnẽ sacrilegã uirginẽ
diis blassemiã inferntem scortũ lupanaribus datũ Statĩ
aũt ut spoliata ẽ crine soluto tãtã densitatẽ capillis eius
diuina gratia cõcessit ut melius eorum fimbriis uidere
tur q̃ uestibus tecta Ingressa aũt turpitudinis locũ ãge
lum illic domini ita præparatũ ĩuenit ut circũdaret eã
ĩmenso lumine ita ut nullus eam posset præ splendore
respicere Fulgebat enĩ tota illa cella quasi radiãs sol ĩ

uirtute sua & quãto quis curiosior oculis esse uoluisset tanto sibi uisus aciem obtundebat cũque se in oratione domino substrauisset apparuit ante oculos eius stola cãdidissima & appræhẽdẽs eam induit se & dixit. Gratias ago tibi domine Iesu Criste qui me in numero ancillarum tuarum computans uestem hanc mihi largiri præcepisti Ita nãque ad mensurã corpusculi eius aptũ erat indumentum & ita nimio candore cõspicuũ ut nullus dubitaret hoc nisi angeli manibus præparatum. Interea lupanar locus efficitur orationis in quo omnis q fuisset ingressus adoraret & ueneraretur & dãs honorem immenso lumini mundior egrederetur foras quã fuerat intus ingressus cũque hæc agerentur præfecti filius qui auctor huius erat scelerts uenit ad locum cum sodalibus suis iuuẽculis quasi insultaturus puellæ cum quibus libidinis suæ se posse credebat ludibrium exercere Sed ĩgressos ante se furentes pueros & turpiter seuientes cum oĩ aũt ueneratione & ĩgenti admiratiõe egressos cœpit ĩpudentes arguere atque uanos & molles ac miseros iudicare & irridẽs eos locum in quo uirgo orabat audacter ingressus est & uidens tantũ lumẽ circa eam non dedit honorẽ deo sed irridens in ipso lumine prius quam uel manu eã contingeret cecidit in faciem suam & præfocatus a diabolo expirauit. Videntes autem socii eius ꝙ moras intus ĩnecteret putabant obscenis eũ operibus occupari & ingressus unus ex iuuenibus qui ei familiarior erat ut congratularet̃ ĩsultationi eius & mortuũ eũ inueniens exclamauit uoce magna dicens piissimi romani succurrite magicis artibus

20

ista meretrix Præfecti filium interfecit fit repente cōcursus populorum ad theatrū & uaria populi furentis acclamando Alii dicebant magam alii innocentem alii sacrilegam conclamabāt Præfectus autem audiens filium suum interiisse cum ingenti tumultu & luctu uenit ad theartum & īgressus locū in quo corpus filii eius iacebat exanime cum ingenti clamore dicebat beatissimæ uirgini Crudelissima omnium fœminarum ad filium meum uoluisti apodixen tuæ artis magicæ demonstrare. Et cum talia atque huiuscemodi uerba multa repeteret & causā mortis eius ab ea uehemēter īquireret Ait ad eum beatissima Agnes Ille cuius uoluntatem uolebat perficere ipse in eum potestatē accepit. Quare autem omnes qui ad me ingressi sunt sani sunt quia uniuersi dederunt honrem deo qui mihi misit angelum suum qui & induit me hoc indumento misericordiæ & custodiuit corpus meum quod ab ipsis cunabulis Christo consecratum est & oblatum. Videntes ergo splendorem angelicum adorabant omnes & abscedebant illesi: Hic autem impudens statim ut īgressus est seuire cœpit & fremere: cumque manum suam ad me contingedum aptaret dedit eum angelus domini ī reprobam mortem Dicit ei præfectus.·In hoc apparebit quia non magicis artibus ista gessisti si deprecata fueris angelum ut mihi restituat filium meum sanum Cui beata Agnes dixit licet fides uestra hæc impetrare

non mereatur a domino tamen quia tempus est ut uirtus domini mei . Iesu Christi manifestetur egredimini omnes ut solitam ei oratiõem offeram cumque uniuersi fuissent egressi prosternẽs se in faciem planam rogare cœpit dominum ut iuuenem suscitaret . Orante autem illa apparuit ei angelus domini qui & leuauit eam flentem & confortans animum eius iuuenem suscitauit q egressus foras cœpit uoce publica clamare & dicere . Vnus deus in cœlo & in terra & in mari qui est deus Christi anorum . Nam omnia templa uana sunt . Dii qui coluntur omnes uani sunt & penitus nec sibi possunt aliquid nec aliis aliquid præstare. Ad hanc uocem omnes aruspices & templorum põtifices conturbantur . & fit per eos uehementior quam fuerat seditio populorum . Atque omnes una uoce clamabant tolle magam tolle maleficam quæ & mẽtẽs mutat & animos alienat .Præfectus autem uidens tanta mirabilia obstupuit Sed ueritus proscriptionem si contra templorum pontifices ageret & Agnem contra suas sententias defensaret Vicarium ad seditionem populi iudicem dereliquit ipse autem tristis abscessit quod eam non potuit post resuscitatiõem filii sui liberare . Tunc uicarius Aspasius nomine iussit in conspectu omnium ignem copiosum accendi & in medio eam præcepit iactari flammarum quod cum fuisset impletum statim in

duas partes diuisæ sunt flammæ & hinc atque illinc seditiosum populum exurrebāt Ipsa autem penitus in nullo contingebat incendium Eo magis hoc nō uirtutibus diuinis sed maleficiis reputantes dabant fremitus inter se populi & infinitos clamores ad cœlos. Tunc beata Agnes expandens manus suas in medio ignis in his uerbis orationem fudit ad dominum. Omnipotens adorande colende tremende pater domini nostri Iesu Christi benedico te qa per filium tuum unigenitum euasi minas hominum impiorum & spurcicias diaboli impoluto calle trāsiui Ecce & nunc per sanctum spiritum rore cœlesti perfusa focus iuxta me moritur flamma diuidit̃ & ardor incendii huius ad eos a quibus in me ministratur effunditur Benedico te pater prædicande qui etiam inter flammas intrepidam me ad te uenire permittis Ecce iam quod credidi uideo quod speraui iā teneo quod concupiui complector te confiteor labiis & corde te totis uisceribus concupisco. Ecce ad te uenio uiuum & uerum deum q cum domino nostro Iesu Christo filio tuo & cum spiritu sancto uiuis & regnas semper & in cuncta sæula seculorum. Amen.

Cumque compleuisset orationem ita omnis ignis extinctus est ut nec tepor quidem incendii remaneret. Tunc Aspasius urbis Romæ Vicarius populi seditionem non ferens in gutur eius

gladium mergi præcepit atque hoc exitu roseo sui sanguinis rubore perfusam Chrstus sibi & spōsam & martyrem consecrauit. Parentes uero eius nullam penitus tristiciam habentes cum omni gaudio abstulerunt corpus eius & posuerunt illud in predi olo suo non longe ab urbe in uia quæ dicitur numentana ubi cum omnis turba Chrtstianorum con curreret insidias a paganis perpessi sunt & uidentes populum infidelium super se uenientem arma tum omnes fugerunt. Aliquanti tamen lapidum ictibus lesi euaserunt. Emerentiana autem quæ fuerat conlactanea eius uirgo sanctissima licet cate cumina constanter intrepida stabat immobilis & his uerbis exprobabat eos Supflui miseri caduci atque atrocissimi deum omnipotentem colentes occidistis & pro defensione lapidum innocentes homines iugulastis. Hæc & his similia dum turbis furentibus diceret lapidata est ab eis & orās iuxta sepulchrum Agnetis beatissimæ emisit spiritum. Non dubium est quin in suo sit sanguine baptizata quæ pro defensione iuste dum cōfitetur dominū mortem constanter excepit. Eadem denique hora fit terremotus uehementissimus & cum nimia esset cœli serenitas tantæ corruscationes tantaque fulgura & tonitrua extiterūt ut pas maxima insani populi expiraret. Vnde factum ē ut nullus pēitus ex eo aduēiētibus ad sepulchra sāctorꝝ aliq̄s molestias excitaret. Veniētes aūt pentes

beatæ Agnetis cũ sacerdotibus nocte abstulerunt cor-
pus sanctæ Emerentianæ uirginis & sepelierunt illud
in confinio agelli beatissimæ uirginis Agnetis igit̃
dum parentes sanctæ agnetis assiduis pernoctatiõibus
uigilarent ad tumulum eius uident in medio noctis silẽ
tio exercitum uirginũ quæ omnes auro textis cycladi-
bus indutæ cum ingenti lumine præteribant ĩter quas
uident beatissimam Agnem simili ueste fulgentem &
ad dexterã eius agnus niue cãdidior Hæc itaque dum
uiderent & ipsi parentes eius ómnes qui simul erant
quasi stuporem mentis incurrunt sed beata Agnes ro
gat sanctas uirgines parumper gradum figere & stãs
parentibus suis dixit Videte ne me quasi mortuã luge
atis sed congaudete mihi atque cõgratulamini qa cum
his oĩbus lucidas sedes accepi & illi iuncta sum in cœlis
quẽ in terris posita tota animi ĩtentione dilexi & his di
ctis ptrãsiit. hæc uisio publice ab oĩbus q uiderãt quot
tidie uulgabatur Vnde factum est ut post aliquãtos an
nos ad Constãtiam Constantini Augusti filiam hoc
factum ab iis qui uiderãt narraretur Erat enim ipsa
Constantia regina uirgo prudentissima sed ita obsessa
uulneribus ut a capite usque ad pedes nulla membro-
rum pars libera remansisset Accepto autem consilio
& spe recuperandæ salutis uenit ad tumulum marty-
ris nocte licet pagana tamen credula animi intentione
p̃ces fideliter fundebat Quod cũ faceret repentina so
mni suauitate corripitur & uidet per uisum Agnen be
atissimam talia sibi monita præferentem Constanter
age Costantia crede dominũ Iesum Christũ filiũ dei

esse saluatorem tuū per quē modo consequeris omni um uulnerum quæ in tuo corpore pateris sanitatem Ad hāc uocem constantia euigilat sana ut nec signū in eius mēbra alicuius uulneris remaneret Reuersa igit̃ ad palatium suū sanissima facit gaudium & patri Augusto & fratribus suis Imperatoribus coronat̃ ciuitas tota fit leticia & miltātibus & priuatis atq; uniuersis audientibus hæc Infidelitas gentiū cōfundebat̃ & fides dominica letabat̃ Interea patrē & fratres augustos rogat ut basilica beatæ Agnetis cōstrueretur & sibi illic mansoleum collocari præcepit Currit hæc opinio ad omnes & quotquot credētes ad eius tumulū aduēissēt saluabant̃ quacunque fuissent īfirmitate detenti quod facere Cristum nullus dubitat usque in hodiernū diē Perseuerāte autē Constantia augusti filia in uirginitate sua per quam multæ uirgines & mediocres & nobiles & illustres sacra uelamīa susceperunt & quia fides mortis damna nō patitur usque hodie multæ uirgines romanæ Agnen beatissimam quasi in corpore manētē attēdūt & eius exēplo & amore ꝓuocāte agētes uirilit̃ & integre perseuerant credentes sine dubio ꝙ perseuerantes perpetuæ uictoriæ palmam adquirant Hæc ego Ambrosius seruus Christi dū ī uoluminibus diuinis īuenissē scripta nō sum passus infructuoso silētio tegi Ad honorem igitur tantæ uirginis martyris sicut gesta eius agnoui cōscripsi. & ad ædificationē uestrā o uirgines Christi textum passionis eius credidi destinandum obsecrans chariatem spiritus sancti ut labor noster in uestra imitatione fructum ī conspectu domini

23

ualeat īuenire. Passa ē beatissima martyr Agnes die duoecimo. kalēdas februarias. R genāte domīo nostro Iesu Chhisto cui est honor & gloria in secula seculōrum. amen.

PASSIO SANCTORVM MARTYRVM VITALIS ET AGRICOLE.

AMbrosius seruus Christi Iesu uocatus episcopus dilectissimis fratribus & uniuersis plebibus suis in domino æternā salutē Magna martyrum & præcelsa sunt testimōia quæ adtenuat noster potius quā explicat sermo Hic igitur inuitatus a plebe Bononiensi negare præsentiam meā nullatenus potui quia tempus aderat ut sua dominus mirabilia quæ solet ostenderet apoforeta quidē plena sāctitate & gratia mecum detuli christi enim nostri principis sunt triumphi martyrum palmæ Ergo quia in me minus est quam præsumebatur in martirybus plus reperitur Sancti martyris nomen agricola ėst cuius sanctus uitalis seruus fuit olim nunc consors & collega factus est martyrii Præcessit seruus ut præuideret locū secutus est dominus secure quo data fide seruuli iam mortem inueniret paratam Non alienam laudamus passionem serui domini disciplina est hic instituit ille impleuit Nihil illi decerpitur. Quo modo minui potest quod Christus donauit egregie & ille quodā modo homini seruiēdo didicit quo mō christo placeret hic tamē geminā laudē adqsiuit ī illo magisterii

in se martirii Certauerunt inter se inuicem beneficiis postquã æquales esse meruerunt Hic illum ad martyrium præmisit ille istum accersiuit Nullũ ergo ad commendationem hominis conditio affert impedimẽtum nec dignitas prosapiæ meritum sed fides affert Siue liber siue seruus omnes in Christo unum sumus & unusquisque quod fecerit bonum hoc recipiet a domĩo Apud dominum bona seruitus & bona libertas æqua lance appenduntur quoniam nulla maior dignitas quã seruire Christo qui nos tali precio æsttimauit ut aĩam suam pro nobis traderet. Sed iam ad proposita redeamus. Cumque sanctus Vitalis cogeretur a persequentibus ut christum negaret & ille amplius profiteretur dominum Iesum christum oĩa tormentorũ genera ĩ eũ exercentes ut non esset in corpore eius sine uulnere locus orationem fudit ad dominum dicens domĩe Iesu saluator meus & deus meus iube suscipe spiritũ meũ quia iã desidero ut accipiã coronã quã ãgelus sanctus tuus mihi ostendit & completa oratione emisit spiritũ Sanctus uero Agricola mitior habebatur moribus ut ab ipis etiã inimicis diligeret Ideoque differebãt eius passionẽ Sed hæc psecutorꝝ honorificẽtia oĩ erat ĩmanitate acerbior quæ inuidebat martiribus Denique ubi nõ adqeuit psecutoribus sanctus Agricola crucifixus est ut aduertamus illas blandicias eorum non sedulitatis fuisse sed fraudis & per supplicia & tormenta quæ sãcto uitali exercuerũt dominũ eius sãctũ Agricolã terrere uoluerũt sed uertit hoc Iesus xp̃s domĩus noster

ī gratiam ut martyriū serui dominus imitaretur utrisq;
nomē aptū ut martyrio designati iam ipsis uocabulis ui
derent' Ille uitalis dictus est quasi cōtemptu istius uitæ
uerā illā æternā sibi adquireret. Iste agricola q bonos
fructus spūalis gratiæ semīaret & sacri sāguīs effusiōe
meritorum suorū oīumq; uirtutū rigaret plātaria. Pas
si sūt autē sācti martires tēporibus Dioclitiani & Maxi
miani imperatoꝝ & sepulti sunt ī iudæoꝝ solo intra eo
rum sepulchra qui dominū negauerunt . Eundē locum
mihi dominus noster Iesuschristus reuelare dignatus ē
illic martyrū excubias requirebamus tāq̄ inter spinas
rosam eligētes circūfundebamur a iudæis cū sacra cor
pora ueherent' Aderat populus christianus cū plausu
& leticia Dicebāt iudei flores uisi sunt in terra cū uide
rent martires Christi cristiani dicebāt tempus incisio
nis adest iam qui metit mercedē accipit Alii semīaue
runt nos autē metimus martyrum fructus audientes
uoces iudei plaudētis ecclesiæ dicētes inter se Vox tur
turis audita ē ī terra nostra unde bene a ꝓpheta dictū
est Dies diei eructat uerbum & nox nocti indicat sciē
tiam Dies diei Cristianus christiano Nox nocti iu-
dæus iudæo . Detuli ergo munera quæ meis elegi ma
nibus crucis tropheū cuius gratiam opibus agnoscitis
Certe ipsi demones cōfitebant' & ab hominibus mox
egrediebantur & multi q egritudinibus diuersis affli-
gebantur contingentes sudaria sanctorum sanabantur
Sed & alia multa mirabilia p sanctos suos ī presentia
populi dū trāsferrentur facta sunt Condant alii aurū

atque argētum ac de latentibus eruāt uenis l egāt pre
ciosa moniliū serta Temporalis ille thesaurus ē & sepe
habentibus perniciosus Nos erigamus martyrum cla
uos & multos quidem ut plura fuerunt uulnera quam
mēbra Collegimus sanguinē triumphalem & crucis si
gnum Hæc sanctæ uiduæ negare nō potuimus postulā
ti munera. Itaque salutis munera accipite quæ nūc sub
sacris altaribus reconduntur. Hæc igitur uidua sancta
est Iuliana quæ domino templum parauit atq; obtulit
Fusis itaque præcibus oīpotentem dominum dep̄cor
ut supra domum hāc supra hæc altaria supra hos lapi-
des spiritales quibus sensibile tibi ī singulis uirtutibus
sanctorū tuorum Vitalis atque Agricolæ templū sacra
tum est quottidiāus præsul ītēdas orationesq; sancto
rum tuoꝝ quæ fundunt̄ in hoc loco diuina tua suscipi
as misericordia fiat tibi ī honore sāctificatiōis omne sa
crificiū quod ī hoc tēplum fide integra & pia sedulitate
defertur & cū ad illā respexeris hostiā salutarem per
quā peccatū mūdi huius abluitur respicias etiā ad has
pie hostias castitatis & diuturno eas tuearis auxilio ut
fiant tibi in odorē suauitatis hostiæ acceptabiles Chri-
sto domino placētes & integrū spiritū eorū & corpus
sine quærela locūq; usque in diem domini nostri Iesu
cristi filii tui seruare digneris. Passi sūt autem sancti
martires Vitalis & Agricola in ꝓuicia Italiæ ī ciuitate
Bononiensi sub Dioclitiano & Maximiano imperato
ribus pridie nonas nouēbres Regnāte domīo nostro
Iesucristo cui ē honor & gloria ī secula seculorū. amē.

PASSIO SANCTORVM MARTYRVM PROTASII ET GERVASII.

AMbrosius seruus Cristi fratribus per omnē italiam in domino æternam salutē in diuinis uoluminibus reus ascribitur qui non studuerit dare gratis quod gratis accepit: Quidquid enim ecclesiæ profuturum erat subtraxisse arguitur cum noluerit tradere oībus quod ipse non celando acceperit. Vnde & psalmigraphus uates cānit iusticiam tuam nō abscundi ī corde meo ueritatem tuā & salutare tuū dixi Non celaui misaricordā tuā & ueritatem tuā in cōcilio multorū. Et pro hoc opere quasi uicissitudinem a deo postulans adiecit Tu autem domīe ne elonges misericordiam tuam a me q̄si qui diceret sicut ego feci alios misericordiā īuenire ita & ipse non patiaris longe fieri misericordias tuas a me aperiamus ergo cur ista præmisimus & uestros aīos q de deo sētitis & creditis de īuentione sāctoꝝ corporū ad leticiam inuitemus. In diebus transactæ nuper q̄dragesimæ cum dominus mihi donasset ut ieiunātiū & orātiū me faceret esse participē ī oratione posito ita mihi somnus obrepsit ut nec uigilans apte nec dormiens ītegre uiderem apertis oculis mecum duos iuuenes ephœbos uestibus candidissimis idest colobio & pallio indutos calligulis calciatos manibus extensis orantes nullam quidē grauitudinē patiēs loqui cum eis non poterā. Sed quia ut dixi pars in me

somni incombebat quæ me ad eorum interrogationē uer
bum proferre non sineret Plene autē euigilanti uisio eo
rum ab oculis meis elapsa ē Vnde factum ē ut rogarē
domini mei misericordiā ut si ludificatio demonū esset
abscederet Si uero ueritas esset plēius appareret Ad
impetrandū uero quæ poscebā a domino augmentaui
ieiunium Similiq; modo canente gallo orantes mecū
iuuenes paruerūt Tertia uero nocte defecto ieiuniis
corpore non dormienti sed stupenti cū quadā mihi ter
tia apparuere persona quæ similis esset beato Paulo apo
stolo cuius uultū me pictura docuerat In tātum ut ipse
mecū illis astātibus loqueretur dicens isti sunt qui moni
ta mea secuti sunt respuentes prædia & diuitias secuti
sunt domini nostri Iesu Christi uestigia nihil terrenū
nihilq; carnale cōcupiscētes in media hac mediolanēsi
urbe per decē annos in dei seruitio perdurātes ad hoc
pertigere meruerunt ut Christi martyres fierēt Quo
rum corpora ī eo loco inuenies ī quo stas & oras Duo
decim pedū altitudine terræ co opertā arcam īuenies
Quā arcam superius exaltabis & ī nomīe eorum ecclesiā
fabricabis Cumq; ab eo nomina requirerē dixit mihi
Ad caput eorū libellū scriptū īuenies in quo & ortus
eorum & finis scriptus ē Conuocans itaque omnes per
circuitū fratres & coepiscopos urbiū uicinarū referēs
uniuersa quæ uiderim quæq; audierī ipsis corā positis
primus ego terræ fossor accessi Cæteri epi prosecuti sūt
fodientes peruenimus ad arcā quā sāctus promiserat quā
apientes inuenimus q̄si ipsa hora positos sanctos miro

odore fragrãtes Ad quorum caput libellũ inuenimus in quo erãt hæc ꝑ ordinẽ uniuersa cõscripta Ego seruus Christi philippus intra domũ meã sanctorũ corpora quæ cũ filio meo rapui & sepeliui Quoꝝ mater Valeria pater Vitalis dicti sunt quos uno ortu geminos genuerunt & unum Protasium alteꝝ Geruasium uocauerunt cumq; post trãsitũ parẽtũ ab ĩtestato Protasius & Geruasius domũ propriã in qua nati fuerãt & res parentum casellulasq; uenundãtes dederũt preciũ omne pauperibus & familiolæ suæ quã ĩgenuã fecerãt Ipsi se in uno cœnaculo cõcluserũt Per decẽ annos lectioni & orationi uacantes hoc ordine in anno conuersionis suæ undecimo ad palmam martyrii peruenerũt. Superueniente comite Astasio q ꝓficiscebatᷣ ad bellum quod a marchomãnis fuerat excitatũ occurrerũt ei tẽplorũ cultores cũ sacerdotibus suis dicẽtes Si uis letus ad augustos nostros reuerti & uictor Protasiũ & Geruasiũ sacrificare cõpelle Vehemẽter enĩ dii nostri de eorũ contemptu cõmoti nobis edicere responsa cõtẽnunt Audiens hæc Astasius comes iussit eos teneri & ad se adduci quibus & dixit hortor uos ut a deoꝝ nostroꝝ iniuriis tẽperãtes ad imolãdũ eis deuoti studeatis insistere ut expeditio mea nauiter celebretᷣ Geruasius dixit uictoriam de cœlo debes a deo oĩpotente reqrere non de simulacris mutis & uanis quæ oculos habẽt sine lumine aures sine auditu nares sine odoratu os sine sermone manus sine tactu pedes sine gressu & uentrẽ absq; ĩterioribus probãtᷣ habere & sine flatu esse noscũtᷣ. Indigna

tus comes Astasius iussit eũ tã diu plũbatis tundi q̃diu exhalaret spiritũ quo amoto iussit sibi astare Protasiũ cui & dixit miser uel tu uiuere stude & noli biotha na tus fieri sicut & frater tuus cui Protasius respõdẽs ait qs ẽ miser ego q te nõ timeo an tu q me timere ꝓbaris Astasius comes dixit ego te quo mõ timeo Protasius respõdit In eo quod te times ledi a me si nõ sacrificaue ro Si enĩ nõ timebas te ledi a me me ad sacrificiũ nõ cõ pellebas. ego aũt nõ te timẽs cõtẽno minas tuas & oĩa idola tua stercora cõputãs deũ solũ q regnat ĩ celis ado ro. audiẽs hæc astasius comes iussit eũ fustibus cædi po stea uero erecto dixit miser ut quid tã sꝑbus & tã re bellis existis uis ꝑire sicut tuũ ꝓbasti ꝑisse germanũ ꝓ talius dixit non tibi irascor nec ego nec ipa iusticia quo niã cœcos oculos tui cordis adtẽdo ĩcredulitas enĩ quæ ĩ tuis sẽsibus regnat non te ꝑmittit uidere quod dei est Nã & domĩus meus Iesus Christus crucifigentibus se nõ maledixit sed potius ut eis ĩdulgeret̃ orauit addẽs hoc quia nescirẽt quid facerent ũde & ego tui misereor quia nescis quid facias. age ergo quod cœpisti ut mihi possit cum meo fratre hodie benignitas nostri saluato ris occurrere Astasius comes iussit eum capite cædi Quod cum factum esset ego Philippus abstuli cum fi lio meo furtim nocte sancta ista corpora & in domo mea deo solo teste in ista arca saxea sepeliui credẽs me oratiõibus eorum consequi misericordiam domini no stri Iesu Christi Qui cum patre & spiritu sãcto uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

AMBROSII AD MARCELLINAM SORORE DE INVENTIONE CORPORꝶ SANCTORꝶ PROTASII ET GERVASII.

DOminæ sorori uitæ atq; oculis præferendæ frater. Quia nihil sanctitatem tuā soleo eorꝶ præterire quæ hic te gerūt absente scias etiā sanctos martyres a nobis repertos. Nā cū basilicā dedicassē multi tāq̄ uno ore me īterpellare cœperūt dicētes sic & romanā basilicā dedices. Respondi faciam si martyrū reliq̄as īuenero statiq; subiit ueluti cuiusdā ardor pæsagii. Quid multa? Domīus gratiā dedit formidātibus etiā clericis iussi eruderari terrā eo loco q ē āte cancellos sāctorꝶ Felicis atq; Naboris inueni signa conueniētia Adhibitis etiā qbus p nos māus īponēda foret sic sancti martyres iminere cœperunt ut adhuc nobis silentibus arriperet una & sterneretur ꝓna ad locū sancti sepulchri īuenimus miræ magnitudinis uiros duos ut prisca ætas ferebat ossa oīa ītegra sāguinis plurimū ingens cōcursus populi per totū illud biduū. qd multa. cōdidimus ītegra ad ordinē trāstulimus uespe etiā īcōbēte ad basilicā faustæ ibi uigiliæ tota nocte & manus īpositio. Sequēti die trāstulimus ea ī basilicam quā appellāt ambrosianā. Dū trāsferremus cæcus sanatus ē. Talis mihi ad populū fuit sermo cū tā effusam tāq; īauditā cōsiderarē cōuētus nostri celebritatē & diuinæ gratiæ munera ī sanctis martyribus refulserunt

īpē me fateor huic mūeri iudicabā nec fieri posse ut ser
mõe absoluerē quod uix possē aīo ītēdere oculisq; cõp
hēdere Sed ubi sanctariū legi cœpit series scripturarū
largitus ē sp̄s sāctus q locutus ē ī ꝓphetis qd' dignum
aliqd tāto cœtu & expectatõe uestra martyꝝq; sāctoꝝ
meritis ꝓferāus cœli īqt enarrāt gloriā dei cū legeret̃
hic psalmus occurrit ꝙ nō tā elemēta materialia q̄ cœle
stia merita dignū deo præconiū deferre uideāt̃ hodier
na tāen fortuitu lectõe patuit q cœli enarrāt gloriā dei
aspicite ad dextrā meā aspicite ad sinistrā reliqas sacro
sāctas uidete cœlestis cõuersatõis uiros spectate animi
sublimis trophea Isti sūt cœli q enarrāt gloriā dī hæc o
pa māuū eius q̄ ānūciat firmamētū Nō enī eos secularis
illecebra sed diuini opis gratia ad firmamētū sacratissi
mæ passiõis euexit multoq; āte moꝝ uirtutūq; documē
tis adnūciauit his martyribus quo aduersus lubricū sæ
culi huius stabiles ꝑmanerēt cœlū erat Paulus q ait no
stra aūt cõuersatio ī cœlis ē cœli erāt Iacobus & Ioānes
deniq; filii tonitrui nūcupabāt̃ & ideo q̄si cœlū Ioānes
uerbū apud deū uidit īpē doius Iesus ꝑpetui lumīs erat
cœlū cū enarraret dī gloriā sed eā quā nemo āte cõspe
xerat & ideo dixit deū nēo uidit ūq̄ nisi unigēitus filius
q ē ī sinu patris īpē enarrauit. Opa quoq; manuū dei si
q̄ris audi Iob dicētē. sp̄s diuīus q fecit me & iō aduersus
diaboli tēptamēta firmatus īoffēsæ uestigiū cõstātie re
seruauit sed uēiaus ad reliq̄ dies īqt diei eructat uerbū
Ecce ueri dies quos nulla caligo noctis īterpollat ecce
ueri dies plēi lumīs & fulgoris æterni qui nō pfūctorio
sermõe uerbū dei sed ītimo corde tractarūt ī cõfessiõe

cōstantes in martyrio pseuerātes Alius psalmus lectus ē dicens quis sicut dominus deus noster q in altis habitat & humilia respicit in cœlo & in terra Respexit sane & humilia deus noster qui latentes sub ignobili cespite reliquias sanctorū martyrū suæ ecclesiæ reuelauit quorum aīa in cœlo corpus in terra suscitās a terra hūc inopē & de stercore hūc erigēs paupē quos uidetis ut eos cum principibus populi sui collocaret Principes populi quos alios nisi sanctos martyres extmare debemus ? Quorum iam in numerum diu ante ignorati Protasius Geruasiusque referuntur qui sterilem martyribus ecclesiam mediolanēsem iam plurimorum matrem filiorū letari passionis propriæ fecerunt & titulis & exemplis Nec hoc abhorret a uero dies diei eructat uerbū aīa aīæ uita uitæ resurrectio resurrectiōi & nox nocti indicat scientiam hoc ē caro carni Quorū passio ueram fidei scientiam omnibus indicauit Bonæ noctes noctes lucidæ quæ habent stellas . Sicut enim stella a stella differt in claritate ita & resurrectio mortuorum Nō īmerito aūt pleriq; hāc martyrū inuentōnē resurrectionē appellāt Videbo tamē utrum sibi an nobis certe martyres resurrexerūt cognouistis īo uidistis ipi multos dæmōibus purgatos plurios etiā ubi uestē sāctorū cōtigerūt maībus his qbus laborāt debilitatibus absolutos repata uetusti tēporis miracula cognouistis quo se p aduētū domini Iesu gratia terris maior īfuderat nam umbra qdem sanctorum corporum plerosque sanatos cernitis & uidetis quanta oraria iaciantur quanta indumenta super reliquias sacratissmas & tactu ipso medi

cabilia reposcāt Gaudēt oēs extremā lineā cōtigere &
q cōtigerit saluus erit. Gratias tibi domine Iesu qꝫ hoc
tempore tales nobis sāctoꝝ martyꝝ spiritus excitasti
quo ecclesia tua psidia maiora desiderat cognoscāt oēs
quales ego propugnatores reqrā q ꝓpugnare possunt
īpugnari nō soleāt Hos ego adqsiui tibi plebs sancta q
ꝓsint oībus noceāt nemini. Tales ego ābio defēsores
tales milites hēo: Hoc est nō seculi milites sed milites
Christi Nullā de talibus īuidiā timeo quorū quo maio
ra eo tutiora patrocinia sunt hoꝝ etiā illis ipis qui mihi
eos īuidēt opto præsidia Veniāt ergo & uideāt stipato
res meos talibus me armis ābiri nō nego. Hi in curri
bus & ī eqs nos aūt ī nomīe domini dei nostri magnifi
cabimur. Heliseū scripturæ diuinæ series refert cū ab
exercitu siroꝝ esset obsessus dixisse timenti seruulo ne
timeret qa plures īqt ꝓ nobis sūt q̄ contra nos Et ut ꝓ
baret petisse ut oculi Giezi apirēt qbus ille innumeros
adesse uidit ꝓphetæ exercitus angelorū. Nos & si eos
uidere nō possumus sētimus tamē. erāt clausi isti oculi
q̄diu obruta sāctoꝝ corpora delitescebāt apuit oculos
nostros domīus uidimus auxilia qbus sumus sæpe de
fēsi nō uidebāus hæc sed hēbāus tamē Itaq; trepidanti
bus nobis q̄si dixerit domīus aspicite q̄ntos uobis mar
tyres dederī ita reseratis oculis gloriā domini specula
mur quæ ē ī martyrū passiōe prætita & opatōe præsēti
Euasimus fratres nō mediocrē pudoris sarcinā patro
nos habebamus & nesciebamus inuenimus unum hoc
quod uideamus præstare maioribus sāctorū martyrū

cognitionē quā illi amiserūt nos adepti sumus eruunt nobiles reliqæ de sepulchro ignobili ostēdūt cœlo tro phea sāguine tumulus madet appēt cruoris triūphalis notæ Inuiolatæ reliqe loco suo & ordie reptæ auulsum humeris caput nūc lenes repetūt audisse se alqdo horꝝ martyꝝ nomīa titulūq; legisse pdiderat ciuitas marty res suos quæ rapuit alieos & si hoc dei munus est tamē gratiā quam temporibus sacerdotii mei dominus Ie sus tribuit negare nō possū qa ipe martyr esse nō mere or hos uobis martyres adqsiui Succedāt uictimæ triū phales loco ubi Christus ē hostia Sed ille sup altare q ꝓ oībus passus ē isti sub altari qa illius redēpti sūt passi one hūc ego locū prædestinauerā mihi Dignū ē enī ut ibi reqescat sacerdos ubi offerre consueuit sed cedo sa cris uictimis dexterā portionē locus iste martyribus debebat. Cōdamus ergo reliqas sacrosāctas & dignis sedibus īuehamus totūq; diē fida deuotōe cælebremus Adclamauit populus ī domīcā differat diē martyꝝ de positō sed tādē obtētū ē ut sequēti fieret die Talis iterꝝ sermo ad populū fuit hesterno tractaui uersiculū illū di es diei eructat uerbū ꝓ ut nostri tulit captus īgenii. ho die mihi nō solū supiore tēpore sed pſenti quoq; ꝓphe tasse uidet scriptura diuīa Nā cū diebus ac noctibus cō tinuatā uiderē sāctitatis uestræ celebritatē istos esse di es ꝓphetici carminis oracula declararūt Hesternū atq; hodiernū de qbus oportūissime dicit dies diei eructat uerbū & istas noctes de quibus aptissime disputat qa nox nocti īdicat sciētiam Quid enim aliud hoc biduo

nisi uerbū intimo eructastis affectu & scientiā uos habe
re fidei probastis cui tamē celebritati uestræ qui solēt
īuident & qa celebritatē uestrā īuidis animis ferre non
possunt causā celebritatis oderūt atq; ī tantū amentiæ
ꝓdeunt ut negent martyrū merita quoꝝ opera etiā de
mones cōfitentur Sed hæc nō miror si qdem tāta ē in
credulorū perfidia ut tolerabilior sit diaboli plerūq; cō
fessio Dicebat diabolus Iesu fili dei uiui qd uenisti āte
tēpus torquere nos? Et cū hæc audirēt iudæi ipsi tamē
dei filiū denegabant & nunc audistis demones claman
tes & cōfitētes martyribus ꝙ pœnas ferre nō possūt &
dicētes qd ueīstis ut nos grauit̄ torqueatis & arriani di
cunt Nō sunt isti martyres nec torquere diabolū pos
sunt nec aliquē liberare cum tormenta demonum ipso
rum uoce prodant̄ & beneficia martyrū remediis sana
toꝝ & absolutorū īdiciis declarant̄ Negant cæcū illumi
natū sed ille non negat se sanatum Ille dicit uideo q nō
uidebā Ille dicit cœcus esse desiui & ꝓbat facto Isti be
neficium negant q factū negare non possunt Notus hō
est publicis cum ualeret mācipatus obsequiis seuerus
nomine lanius ministerio deposuerat officiū postquā
inciderat impedimētū uocat ad testimonium homines
quorū ante sustentabat̄ obsequiis Eosdem iudices suæ
uisionis accersit quos habebat testes & arbitros cæcita
tis Clamabat quia ut contigit fimbriā de ueste martyꝝ
q̄ sacræ reliquiæ uestiunt̄ redditū sibi lumē sit Non ne
simile istud ē atq; illud quod ī euāgelio legimus unius
enī potētiā laudamus auctoris nec īterest utrum opus

sit an minuis cum & muneret i opere & opet i munere Quod eni aliis faciedū donauerat hoc ī aliorum opere nomē eius operat legimus ergo ī euāgelio iudæos cū uiderēt ī illo cæco sanitatis remediū reqsisse parētum testimoniū Interrogabāt quo modo uidet filius noster cū ille diceret cæcus cū esse mō uideo. Hoc & iste dicit cæcus fui & mō uideo Interrogate alios si mihi non cre ditis Sed qd īterrogatis quod uidetis interogate extra neos ne astipulari mihi parentes putetis Detestabilior eo℞ ē iudæo℞ ptīacia Illi cū dubitarēt uel pentes īterro gabāt isti palā negāt iā nō opi īcreduli sed auctori Sed quero qd nō credāt utrū a martyribus possint aliqui ui sitari hoc ē christo nō credere Ipse enī dixit & maiora his facietis An ab istis martyribus quorū merita iam dudū uigent corpora dudū repta sunt Quero hic utrū mihi an sāctis martyribus īuideāt Si mihi nūqd a me alique uirtutes fiunt Nūquid meo opere meo nomīe cur igit mihi īuident quod meū nō ē Si martyribus re stat enī ut si mihi nō inuidēt martyribus inuidere uide antur ostendent alterius fidei fuisse martyres quā ipsi credūt neq; enī aliter eorū opibus inuiderēt nisi fidem in his fuisse eā quā isti nō habēt iudicarent Fidē illā ue rā maiorū traditione firmatā quā demones ipsi nega re nō possūt sed arriani negāt Audiuimus hodie dicē tes eos quibus manus impōebat neminē posse esse sal uum nisi q in patrē & filiū & spiritū sāctū credidisset Il lum functum illum funereum q spiritū sāctum nega ret qui trinitatis omnipotentē uirtutē nō crederet. cōfi

tet hoc diabolus sed arriani nolũt fateri dicit diabolus
sic torqueatur quẽadmodũ ipse a martyribus torque
batur qui spiritus sancti diuinitatem negaret. Nec ac
cipio a diabolo testimoniũ sed confessionẽ. Inuitus di
xit diabolus sed exactus & tortus Quẽ nequitia suppri
mit extorquet iniuria Cedit diabolus plagis & adhuc
credere nesciũt arriani Quanta & quẽadmodum pha
rao malis suis ĩdurant dicebat diabolus ut scriptũ legit
scio te qui sis tu es filius dei uiui Dicebant iudei nesci
mus qui sis Dicebant hodie & supiore die uel nocte de
mões scimus quia martyres estis & arriani dicũt nesci
mus Nolumus intelligere nolumus credere. Dicunt
demones martyribus uenistis pdere nos Arriani dicũt
non sunt demonũ uera tormenta sed ficta & composita
ludibria Audiui multa cõponi. Hoc nemo unquã fin
gere potuit ut demonẽ se esse simularet Quid illud
quod ita exagitari eos uidemus quibus manus impõit
Vbi hic locus fraudi ẽ ubi suspicio simulãdi sed nõ ego
ad suffragium martyrum usurpo uoces demonũ bene
ficiis suis sacra passio cõprobetur Habeat iudices sed
purgatos habeat testes sed absolutos Melior uox ẽ quã
sanitas loqt eorũ q debiles aduenerũt Melior uox est
quã sanguis emittit habet enim sãguis uocẽ canoram
quæ de terris ad cadum peruenit ut legistis dicẽte deo
sanguis fratris tui ad me clamat & hic sanguis clamat
operationis præconio sanguis clamat passionis triun
pho Sanctis factũ est petitioni uestræ ut condenda he
sterno in hodiernum diem differemus.

SANCTI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS DE OFFICIIS LIBER PRIMVS.

NOn arrogans uideri arbitror ſi inter filios ſuſcipiam affectum docendi: cum ipſe humilitatis magiſter dixerit uenite filii audite me timorē domini docebo uos. In quo licet & humilitatem uerecū diæ eius ſpectare & gratiam: Dicendo enim timorem domini qui communis uidetur eſſe omnibus expreſſit inſigne documentum uerecundiæ. Et tamen cum ipſe timor initium ſapientiæ ſit & effector beatitudinis: quoniam timentes dominum beati ſunt: præceptorem ſe ſapientiæ edocendæ & demonſtratorē beatitudinis adipiſcendæ euidenter ſignificauit. Et nos ergo ad imitādam uerecundiam ſeduli ad conferendam gratiā non uſurpatores quæ illi ſpiritus infudit ſapientiæ ea per illū nobis manifeſtata & uſu cōperta atq; exemplo uobis quaſi liberis tradidimus cum iam effugere non poſſemus officium docendi quod nobis refugientibus impoſuit ſacerdotii neceſſitudo. Dedit enim deus quoſdam quidem apoſtolos quoſdam autem ꝓphetas alios uero euangeliſtas alios autem paſtores & doctores. Non igit̃ mihi apoſtolorum gratiam uendico. Quis enim hoc audeat niſi quos ipſe filius elegit dei? Non prophetarum gratiam non uigilantiam & uirtutem

euangelistarum non circūspectionem pastorum sed tā tūmodo ītentionem & diligentiam circa scripturas diuinas opto asseq quā ultimā posuit apostolus īter officia sanctorū & hanc ipsā ut docendi studio possim discere: Vnus enī uerus magister est qui nō didicit solus quod homines doceret. Homines autē discunt prius quod doceant & ab illo accipiunt ꝙ aliis tradant Quod ne ipsum quidem mihi accidit Ego enim raptus de tribunalibus atq; administratiōis īfulis ad sacerdotiū docere uos cœpi quod ipse non didici. Itaq; factū est ut prius docere inciperem quam discere. Discendum igit̄ mihi simul & docendū est quoniā non uacauit ante discere.

CAP. II. DE RATIONE SILENTII

QVid autem præ cæteris debemus discere quā tacere ut possimus loqui ne prius me uox condemnet mea quam absoluat aliena. Scriptum est enim ex uerbis tuis condemnaberis. Quid opus ē igit̄ ut properes periculum suscipere condemnationis lonquendo cum tacēdo possis esse tutior? Complures uidi loquendo peccatū incidisse uix quemquā tacendo Ideoq; tacere nosse quā loqui difficilius est. Scio loqui plerosq; cum tacere nesciant. Rarum est tacere quēquā cum sibi loqui nihil prosit. Sapiens est ergo q nouit tacere. Deniq; sapientia dei dixit dominus dedit mihi linguam eruditionis quando oporteat sermonē dicere. Merito ergo sapiens q a domino accepit quo tempoere sibi loquendum sit. Vnde bene ait scriptura. Homo

ſapiens tacebit uſq; in tempus. Ideo ſancti domini qui ſciebāt quia uox hōinis plerūq; peccati ānuntiatio eſt & initiū erroris humani ſermo ē hominis amabat tacere. Deniq; ſanctus dauid ait. Dixi cuſtodiam uias meas ut non delinquā in līgua mea. Sciebat enim et legerat diuinæ eſſe ꝓtectionis ut homo a flagello linguæ ſuæ abſconderet̃ & a conſcientiæ ſuæ teſtimonio. Verberāur enim tacito cogitationis noſtre obꝓbrio & iudicio conſcientiæ: uerberamur etiā uocis noſtræ uerberæ cū loqmur ea quoꝝ ſono cædit̃ aūis noſter & mēs conſauciat̃ Quis eſt autem qui mundum cor habeat a peccatorum colluuione aut non delinquat in lingua ſua? Et ideo qa neminē uidebat caſtum os ſeruare poſſe ab immūdicia ſermonis ipſe ſibi ſilentio legē impoſuit innocentiæ ut tacendo culpam declinaret quam uix effugere poſſet loquendo. Audiamus ergo cautionis magiſtrū. Dixi cuſtodiā uias meas hoc eſt mihi dixi tacito cogitationis præcepto indixi mihi ut cuſtodirem uias meas. Aliæ ſunt uiæ quas debemus ſequi Aliæ quas debemus cuſtodire. Seq uias domini cuſtodire noſtras ne in culpā dirigant. Potes autem cuſtodire ſi non cito loquaris. Lex dicit Audi iſrahel dominū deum tuum Non dicit loquere ſed audi. Ideo eua lapſa eſt qa locuta eſt uiro quod non audierat a domino deo ſuo. Prima uox dei dicit tibi Audi Si audias cuſtodis uias tuas. Et ſi lapſus es cito corrigis. In quo enim corrigit iunior uiam ſuam niſi incuſtodiēdo uerba domini? Tace ergo prius & audi: ut nō delinquas in lingua tua. Graue malū

ut aliquis ore suo condemnet? Et enĩ si ꝓ ocioso uerbo reddet unusquisq; rationem quanto magis pro uerbo impuritatis & turpitudinis? Grauiora sunt enim uerba præcipitatiõis q̃ ociosa Ergo si pro ocioso uerbo ratio poscit̃ quãto magis pro sermõe ĩpietatis pœna exoluit̃ Quid igitur? mutos nos esse oportet? minime. Est enim tempus tacendi & est tempus loquendi. Denide si pro uerbo occioso reddimus rationem uideamus ne reddamus & p ocioso silentio Est enim & negoeiosum silentium ut erat susannæ quæ plus egit tacendo quam si esset locuta. Taceudo enim apud homines locuta est deo' Nec ullum maius indiciũ suæ castitatis inuenit q̃ silentium Conscientia loquebat̃ ubi uox non audiebat̃ Nec quærebat pro se hominum iudicium quæ habebat domini testimoniũ Ab illo igitur uolebat absolui quẽ sciebat nullo modo posse falli. Ipse dõinus in euãgelio tacens operabatur salutem omniũ. Recte ergo dauid non silentium sibi indixit perpetuum sed custodiam. Custodiamus ergo cor nostrum custodiãus os nostrũ utrũq; enim scriptum est hic ut os custodiamus Alibi tibi dicitur omni custodia serua cor tuũ. Si custodiebat dauid: tu nõ custodies? Si immunda labia habebat esaias qui dixit o miser ego quoniã compunctus sum quia cum sim homo & ĩmunda labia habeam. Si propheta domini ĩmunda habebat labia quomodo nos munda habemus: Et cui nisi unicuiq; nostrum scriptum est sepi possessionem tuam spinis: & argentum tuum & aurum alliga & ori tuo fac hostinm & uectẽ & uerbis tuis iugũ

et ſtateram? Poſſeſſio tua mens tua eſt Aurum tuum cor tuum eſt Argentum tuũ eloquiũ tuum eſt. Eloqa domini eloqa caſta argentũ igni examinatũ. Bona etiã poſſeſſio mens bona Deniq; poſſeſſio præcioſa homo mundus. Sepi hanc ergo poſſeſſionem & circũuallato cogitationibus munito ſpiuis ſollicitudinũ ne in eam irruant & captiuam ducant irrationahiles corporis paſſiones ne incurſent motus graues ne diripiant uindemiã eius tranſeũtes uiam. Cuſtodi interiorem hominẽ tuũ noli eũ quaſi uilẽ negligere ac faſtidire quia præcioſa poſſeſſio eſt Et merito precioſa cuius fructus non caducus & tp̄ralis ſed ſtabilis atq; æternæ ſalutis ẽ. Cole ergo poſſeſſionem tuã ut ſint tibi agri Alliga ſermonẽ tuũ ne luxuriet ne laſciuiat & multiloquio peccata ſibi colligat Sit reſtrictior & ripis ſuis coherceat̃. Cito lutũ colligit amnis exundãs Alliga ſenſum tuum nõ ſit remiſſius ac defluus ne dicatur de te: Non eſt malagma apponere neq; oleũ neq; alligaturam. Habet ſuas habenas mentis ſobrietas quibus regitur & gubernat̃ Sit ori tuo hoſtium ut claudat̃ ubi opportet & obſeret̃ diligentius ne quis in iracundiam excitet uocem tuam & contumeliã rependas contumeliæ Audiſti hodie lectũ Iraſcimini & nolite peccare Ergo & ſi iraſcimnr qa affectus nature eſt non poteſtatis: malum ſermonem non proferamus de ore noſtro ne in culpã irruamus: ſed iugnm ſit uerbis tuis & ſtatera hoc eſt humilitas atque menſura: Vt lingna tua menti ſubdita ſit reſtringatur habenæ uinculis frenos habeat ſuos quibus reuocari

possit ad mensuram Sermones ꝓferat libra exāinatos iusticiæ ut sit grauitas ī sesu ī sermōe pōdus atq; ī uerbis modus. Hæc si custodiat aliqs fit mitis māsuetus modestus Custodiēdo enī os suū & retinēdo linguā suā nec prius loquēdo quam īterroget᷑ & expēdat atq; exāinet uerba sua si dicēdū hoc si dicēdū aduersū hūc si tp̄s sermonis huius: ꝓfecto exercet modestiā ac māsuetudinē & patiētiā ut nō ex īdignatiōe & ira in sermonē erūpat nō alicuius passiōis indiciū det in uerbis suis nō ardorē libidinis flāmare ī sermone suo indicet & inesse dictis suis stīulos iracūdiæ: ne sermo postremo q cōmēdare interiora debet uiciū aliquod esse in moribus aperiat & ꝓdat. Tūc enī maxīe īsidiat᷑ aduersarius q̄ndo uidet in nobis passiōes aliq̄s generari Tunc fomites mouet laq̄os parat Vnde nō immerito sicut audisti hodie legi ꝓpheta dicit qa ip̄e liberabit me de laq̄o uenātiū & a uerbo aspero: Symmachus irritatiōis uerbū dixit alii ꝑturbatiōis: Laqueus aduersarii sermo noster est Sed etiā ip̄e nō minus aduersarius nobis: loqmur plerūq; quod excipiat īimicus: & q̄si gladio nostro nos uulneret Quāto tollerabilius est aliēo gladio q̄ nostro ꝑire᷑. Explorat ergo aduersarius nostra arma & cōcutit sua tela. Si uiderit moueri me inserit aculeos suos ut sēminaria iurgioꝝ excitet. Si emisero uerbū indecorum laqueū suū stringit. Interdū mihi q̄si escā ꝓponit uindictæ possibilitatem ut dū uindicari cupio ip̄e me inseram laqueo & nodū mortis astringā mihi Si qs ergo hūc aduersarium sētit præsentē esse tūc magis custodiā adhibere debet

ori suo ne det locū aduersario : Sed nō multi hūc uidēt.
Sed etiā ille cauēdus est q uideri pōt qcūq; irritat qcūq;
īcitat qcūq; exaspat qcūq; īcentiua luxuriæ aut libidinis
suggerit. Quando ergo aliqs nobis cōuiciat' lacessit ad
uiolētiā ꝓuocat adiurgiū uocat : tūc silētiū exerceamus
tūc muti fieri nō erubescamus. Peccator' ē enī q nos ꝓuo
cat q iniuriā facit & nos similes sui fieri desiderat. Deni
q; si taceas si dissimules solet dicere Quid taces? Loq̄re
si audes sed nō audes mutus es elinguē te feci. Si ergo
taceas plus rūpit' uictū sese putat irrisū posthabitū atq;
illusū: Si respōdeas supiorē se factū arbitrat' : qa parē in
uenit. Si enim taceas dicet' ille cōuiciatus est huic cōtē
psit iste : Si referas cōtūeliā dicet' ambo conuiciati sunt
uterq; cōdēnat' nemo absoluit'. Ergo illius ē studiū ut
irritet ut similia illi loquar similia agā. Iusti est aūt dissi
mulare nihil loq tenere bonæ fructū cōsciētiæ plus com
mittere bonoꝝ iudicio quā criminātis insolētiæ cōtētū
esse grauitate moꝝ suoꝝ. Hoc est .n. silere a bonis qa
bene sibi cōscius falsis nō debet moueri nec extīare plus
pōderis in aliēo esse conuicio quā in suo testimōio. Ita
fit ut etiā humilitatē custodiat Si aūt nolit humilior ui
deri talia tractat & dicit ipe secū hic ergo ut me cōtēnat
& incōspectu meo loq̄t' talia aduersū me? q̄si nō possim
ego ei apire os meū? Cur non etiā ego dicā in qbus eū
mestificare possim? Hic ergo ut mihi iniurias faciat q̄si
uir nō sim q̄si uindicare me nō possim? Hic ut me crimi
net' q̄si ego nō possim grauiora in eū componere? Qui
talia dicit nō est mitis atq; hūilis non est sine tēptatione

temptator eū exagitat ip̄e ei tales opiniōes ī serit Plerū
q; adhibet hominē atq; apponit neq̄ ſpiritus qui hæc illi
dicant: Sed tu in petra fixū ueſtigiū tene. Et ſi ſeruus
cōuiciū dicat iuſtus taceat & ſi infirmus cōtūeliā faciat
iuſtus taceat & ſi puap erumnet iuſtus nō reſpōdeat.
Hæc ſūt arma iuſti ut cædēdo uincat ſicut periti iaculan
di cædētes ſolēt uincere & fugiētes grauioribus ſequētē
uulnerare ictibus. Quid enī opus eſt moueri cū audi
mus conuicia: Cur nō imitamur dicētē obmutui & hu-
miliatus ſū & ſilui a bonis: An hoc dixit tātūmodo nō
etiā fecit dauid: Immo & fecit: Nā cū ei cōuiciaret ſeei
filius tacebat dauid & q̄uis ſeptus armatis nō retorq̄bat
cōuiciū Non ultionē q̄rebat eo uſq; ut dicēti ſibi ſaruiæ
filio q uindicare ī eū uellet non pmiſerit. Ibat ergo tāq̄
mutus & hūiliatus ibat tacēs nec mouebatur cū uir ap-
pellaretur ſāguīis q erat cōſcius ppriæ māſuetudīis. Nō
ergo mouebat cōuiciis cui habūdabat bonoꝝ opū cōſci
ētia. Itaq; is q cito īiuria mouet facit ſe dignū cōtūelia
uideri dū uult ea indignus pbari. Melior eſt itaq; qui
contēnit īiuriā q̄ qui dolet Qui enī contēnit q̄ſi nō ſētiat
ita deſpicit Qui aūt dolet q̄ſi ſenſerit. Neq; im puide ad
uos filios meos ſcribens huius pſalmi phemio uſus ſum
quē pſalmū pphera dauid ſancto idithī canēdum dedit
ego uobis tenēdū ſuadeo delectatus eius ſēſu pfūdo &
uirtute ſētētiaꝝ. Aduertimus.n.ex iis quæ breuiter li
bauimus & ſilēdi patiētiā & opportunitatem loquendi
& in poſterioribus contēptū diuitiaꝝ quæ maxima uir
tutum fundamenta ſunt hoc pſalmo doceri.

35

CAP. III.

CVm igitur hunc psalmum considero successit animo de officiis scribere De quibus etiam si quidam philosophiæ studentes scripserũt ut panetius & filius eius apud græcos tullius apud latios: non alienũ duxi nostro munere ut etiam ipse scriberẽ. Et sicut tullius ad erudiendũ filium ita ego quoq; ad uos informandos filios meos: Neq; enim minus uos diligo quos in euãgelio genui quã si cõiugio suscepissẽ: Non enim uehementior est natura ad diligendum quã gratia. Plus certe diligere debemus quos perpetuo nobiscum putamus futuros quã quos tantum in hoc sæculo: Illi degeneres nascunt̃ frequẽter qui dedeceant patrem: uos autem elegimus ut diligamus: Itaq; illi necessitate diligunt̃ quæ non satis idonea atq; diuturna est ad perpetuitatem diligendi magistra: uos iudicio quo magnum caritati pondus ad uim diligendi adiũgit̃ probare quos diligas & diligere quos elegeris. Ergo quoniam personę cõueniunt uideamus utrum res ipsa cõueniat scribere de officiis: & utrum hoc nomen philosopho℞ tãtũmõ scholæ aptũ sit an etiã ĩ scripuris repiat̃ diuinis. Pulchre itaq; dũ legimus hodie euãgeliũ q̃si adhortaret̃ ad scribendũ sp̃s sãctus obtnlit nobis lectionẽ q̈ cõfirmaremnr etiã ĩ nobis officiũ dici posse: Nã cũ zacharias sacerdos obmutuisset ĩ tẽplo & loq nõ posset factũ ẽ inqtut ĩpleti sũt dies officii eius abiit ĩ domũ suã: Legĩus igit̃ officiũ dici a nobis posse nec ratio ipa abhoret q̃doqdẽ officiũ ab efficiẽdo dictũ putãus q̃i efficiũ

ſed pp decorem ſermõis una ĩmutata littera officiũ nũcupari uel certe ut ea agas quæ nulli officiãt ꝓſit õibus.

CAP. IIII. DE OFFICIORVM FONTIBVS.

OFficia aũt ab honeſto & utili duci extiauerũt & de his duobus eligere qd præſtet: deĩde in cidere ut duo cõcurrãt honeſta & duo utilia & quærat̃ qd honeſtius & quid utilius. Primũ igit̃ in tres ptes officiũ diuidit̃ honeſtũ & utile & qd præſtãtius De inde hæc tria in quinq; genera diuiſerũt in duo honeſta & duo utilia & eligendi iudiciũ: Prima ptinere dicũt ad decus honeſtatẽq; uitæ Secunda ad uitæ cõmoda copias opes facultates: De his eligendi ſub eſſe iudiciũ. Hæc illi: nos aũt honeſtũ nihil omnĩo niſi quod deceat & honeſtũ ſit futuroꝝ magis q̃ præſẽtiũ metimur formula: nihil q; utile niſi q; ad uitæ illius æternæ ꝓſit gratiã definimus: Nõ quod ad delectationẽ pſentis neq; aliq̃ cõmoda infacultatibus & copiis opũ coſtituimus: ſed in cõmoda hæc putanus ſi non reiiciãtur: ea q̃ oneri cum ueniũt magis extimãt̃ q̃ diſpedio cũ erogãt̃. Nõ igitur ſupfluũ ſcriptionis noſtræ ẽ opus: qa officiũ diuerſa ex ſtimãus regula atq; illi extimauerũt: Illi ſeculi cõmoda in nobis ducunt nos hæc etiã indetrimentis: quoniã qui hic recipit bona ut ille diues illic cruciat̃: & lazarus qui mala hic ptulit illic conſolationẽ ĩuenit: Deinde qui illa non legũt noſtra legẽt ſi uolẽt q non ſermonũ ſup pelectilẽ neq; artẽ dicẽdi ſed ſiplicẽ rerũ exq̃rũt grãm.

CAP. V. DE OFFICIO LOQVENDI

DEcorum autem in nostris scripturis primo cõ stitui loco quod græce ꝑpon dicit̃ instruimur & docemur legẽtes te decet hymn̄s deus ĩ syõ Vel græce.

& apostolus ait loquere quæ decẽt sanam doctrinã: & alibi decebat aũt per quẽ omnia & ꝓter quẽ õnia multis filiis in gloriã adductis ducem salutis eoꝝ ꝑ passionem cõsumari. Nũqd prior panetius nũquid aristotiles qui & ipe disputauit de officio quã dauid: cũ & ipe pithagoras q legit̃ socrate antiqor ꝓphetã secutus dauid legẽ silentii dederit suis: Sed ille ut ꝑ qnqueniũ discipulis usũ in hiberet lopuẽdi: dauid aũt non ut naturæ munus im minueret sed ut custodiã ꝓferẽdi sermõis doceret: Et pithagoras qdem ut nõ loquẽdo loq doceret: dauid ut loquẽdo magis disceremus loqui. Quomõ enĩ sine ex ercitio doctrina aut sine usu ꝓfectus: Qui disciplinã bel licã uult asseq quotidie exercet̃ aris & tãq̃ ĩ ꝓcĩctu posi tus ꝑludit ꝑliũ & uelut corã posito prætẽdit hoste atq; adperitiã uiresq; iaculãdi uel suos explorat lacertos uel aduersarioꝝ declinat ictus & uigilanti exit obtutu Qui nauẽ in mari regere gnbernaculis studet uel remis du cere prius ĩ fluuio ꝑludit. Qui canẽdi suauitatẽ & uocis affectant præstantiã prius sensim canendo uocẽ excitãt Et qui uiribus corporis legitimo q; luctandi certamine coronam petunt quotidiano usu palestræ durantes membra nutrientes patientiam labori adsuescũt. Hæc

ipſa natura nos ĩ paruulis docet q prius ſonos meditãť loquendi ut loqui diſcãt. Itaq; ſonus excitatio quædam & paleſtra uocis eſt: Ita ergo et qui uolunt diſcere cau tionẽ loquẽdi quod naturæ eſt nõ negẽt quod cuſtodiæ eſt exerceant Vt qui in ſpecula ſunt ſpculãdo ĩtendant non dormiendo Omnis enim res ꝓpriis ac domeſticis exercitiis augetur. Ergo dauid tacebat non ſemp ſed ꝓ tẽpore Nõ iugiter neq; õnibus ſed irritanti aduerſario prouocanti peccatori non reſpondebat Et ſicut alibi ait Loquentes uanitatem et cogitantes dolum nõ audiebat quaſi ſurdus et q̃ſi mutus non apiebat os ſuum Quia et alibi habes Noli reſpondere imprudẽti ad ĩprudentiã eius ne ſimilis illi fias Primũ igiť officiũ eſt loquẽdi modus: hoc ſacrificiũ laudis deo dependitur: hoc reue rentia exhibetur cum ſcripturæ diuinæ leguntur: hoc honorantur parentes. Scio loq pleroſq; cum tacere ne ſciant Rarꝫ eſt tacere quenq̃ cum ſibi non proſit loqui Sapiens ut loquatur multa prius conſiderat quid dicat aut cui dicat quo in loco aut tẽpore Eſt ergo & tacendi et loq̃ndi modus eſt etiam factis modus. Pulchrum igiť eſt tenere menſuram officii.

CAP. VI. DE OFFICIO MEDIO ET PERFECTO.

OFficiũ autem õne aut mediũ aut perfectũ eſt quod æque ſcripturarꝫ autoritate ꝓbare poſ ſũus Habẽus & enĩ ĩ euãgelio dixiſſe dominũ

si uis in uitā æternam uenire serua mandata. Dicit ille Quæ? iesus autem dicit illi. Non homicidiū facies. nō adulterabis nō facies furtū nō falsum testimoniū dices honora patrem & matrem & diliges proximū tuū sicut te ipsum: Hæc sūt media officia quibus aliquid deest. Deniq; dicit illi adolescēs Omnia hæc cnstodiui a iuuē tute mea Quid adhuc mihi deest? Ait illi iesus si uis pfectus esse uade & uēde ōnia bona tua & da paupibus et habebis thesaurū in cœlo & ueni seqre me Et supra habes scriptū ubi diligendos inimicos & orandum dicit pro calūniantibus & psequentibus nos & benedicere maledicentes hoc nos facere debere si uolumus pfecti esse sicut pater noster qui in cœlo est qui sup bonos & malos solem iubet radios suos fundere & pluuiam & rorem terras uniuersoꝝ sine ulla discretiōe piguescere. Hoc igit̄ ē pfectū officiū quod catortoma dixerūt græci quo corrigūt̄ ōnia quæ aliquos potuerūt lapsus habere

CAP. VII. DE MISERICORDIA IN PAVPERES.

BOna etiā misericordia quæ & ipsa perfectos facit quia imittat̄ perfectū patrē. Nihil tam cōmendat xpianam animā q̄ misericordia pri mū in pauperes ut cōmunes iudices partus nature quæ ōnibus ad usum generat fructus terraꝝ ut quod habes largiaris paupi & consortem & conformē tuū adiuues. Tu minimū largiris ille uitam accipit tu pecuniam das

ille substantiã suam exstimat tuus denarius cẽsus illius est. Ad hæc plus ille tibi confert cũ sit debitor salutis. Si nudum uestias te ipsum induis iusticiam si pegrinũ sub tectũ inducas tuũ si suscipias egentẽ ille tibi adqret sanctoꝝ amicicias & eterna tabernacula. Nõ mediocris ista gratia: Corporalia seminas & recipis spiritualia. Miraris iudicium domini de sãcto iob? Mirare uirtutẽ eius qui poterat dicere occulus eram cœcoꝝ & pes clau dorũ ego erã infirmoꝝ pater uelleribus agnorũ meoꝝ calefacti sunt humeri eorum. Foris nõ habitabat pegri nus hostium autem meum omni uenienti patebat. Be atus plane de cuius domo nũq̃ uacuo sinu paup exiuit: Neq; enĩ qsquã magis beatus q̃ qui ĩtelligit sup paupis necessitatẽ & ĩfirmi atq; ĩopis erũnã. In die iudicii habe bit salutẽ a domino quẽ hẽbit sue debitorẽ misericordie.

CAP. VIII. DE IIS QVI PVTANT DEVM NEGLIGERE IVSTORVM AFFLICTIONES.

SEd pleriq; reuocant̃ ab officio dispensatricis misericordiæ dũ putãt hõinis actus nõ curare dominũ aut nescire eũ quid ĩ occultis gerãus quid teneat nostra conscientia aut iudicium eius nequa quam iustum uideri quando peccatores diuitiis habun dare uident gaudere honoribus sanitate liberis: contra autem iustos inopes degere inhonoros sine liberis infirmos corpore luctu frequeniti. Nec mediocris

ea questio quādo quidem tres illi reges amici iob pro
terea eum peccatorem ꝓnunciabant quia inopem factū
ex diuite orbatū liberis ex fœcūdo parente perfusum
ulceribus inhorrentemq; uili cibo exaratū uulneribus
a capite usq; ad pedes uidebant. Quibus hanc sanctus
iob proponit assertionem. Si ergo propter mea hec pati
or cur impii uiuunt? Inueterauerūt autem & in diuitiis
semen eorum secundū uoluntatem filii eorum in oculis
domus ipsorum habundant timor autem nusq̄ flagellū
autem a domino non est in ipsis. hæc uidens infirmus
corde exagitatur & studium auertit suū. Cuius dicturus
sermones ante sanctus præmisit iob dicens portate me
ego autem loquar deinde ridete me: Nam & si arguor
quasi homo arguor: portate ergo onus sermonum meorum.
Dicturus enim sum quod non probo sed ad uos redar
guendos proferam sermones iniquos. Aut certe quia
ita est uersus quid autē: nūquid ab homine arguor? hoc
est homo me non potest redarguere quia peccaui. Et
si argui dignus sum quia nō ex euidenti culpa me argui
tis sed ex iniuriis æstimatis merita delictorū. Videns
ergo infirmus habundare iniustos successibus ꝓsperis
se autem atteri dicit domino. Discede a me uias tuas
scire nolo. Quid prodest quia seruiuimus ipsi. Aut quæ
utilitas quia occurrimus ipsi? In manibus eorū ōnia bona
opera autē impiorum nō uidet. Laudatur in platone quod
in politica sua posuit eū qui contra iusticiam disputandi
partes recepisset postulare ueniam dictorum quę non im
probaret & ueri inueniēdi atq; examīande disputatiōis

gratia illam sibi impositam personam dicere. Quod eo usque tullius probauit ut ipse in libris quos scripsit de re publica in eam sententiam dicendum putauerit. Quanto antiqor illis iob qui hæc prius repperit? Nec eloquentiæ falerandæ gratia sed ueritatis probandæ p̄mittenda extimauit statimq; ipse quæstionem enodē reddidit subiiciens ꝙ extinguatur lucerna impiorū & futura sit eorum euersio nō falli deum doctorem sapientiæ & disciplinæ sed esse ueritatis iudicem: et ideo non secundum forensem habundantiam æstimandam beatitudinem singulorum sed secundum interiorem conscientiam quæ īnocentium & flagitiosorū merita discernit uera atq; ī corrupta pœnarū præmiorūq; arbitra Moritur innocens in potestate simplicitatis suæ in habūdantia propriæ uolūtatis sicut adipe repletam animam gerens. at uero peccator quamuis foris habundet & deliciis defluat odoribus fragret in amaritudine aīæ suæ uitam exigit et ultimum diem claudit Nihil eorū quæ epulatus fuerit referens boni nihil secum auferēs nisi precia scelerum suoꝝ. Hæc cogitans nega si potes diuini esse iudicii remunerationem. Ille suo affectu beatus hic miser ille suo iudicio absolutus hic reus. ille in exitu letus hic moerens. cui absolui potest qui nec sibi innocens est? Dicite inquit mihi. Vbi est protectio tabernaculorum eius? Signum eius non inueniet. Vita etenim facinorosi ut somniū. Aperuit oculos transiuit requies eius euanuit delectatio licet ipsa quæ uidetur etiam dum uiuunt impiorum requies in inferno est.

Viuentes enim in inferna descendunt Vites cõuiuium peccatoris interroga eius cõscientiam Non ne grauius omnibus fetet sepulcris? Intueris leticiã eius & salubritatem miraris corporis filiorꝝ atq; opum habũdãtiam: Introspice ulcera & uibices animæ eius & cordis mestitudinem: Nam de opibus quid loquar? cũ legeris quia non in habundantia est uita eius cum scias quia & si tibi uideatᷣ diues sibi pauper est & tuũ iudiciũ suo refellat. De multitudine quoq; filiorum & de indolentia quid loquar? cum se ipse lugeat & sine hærede futurꝝ iudicet cum imitatores sui successores suos esse nolit Nulla enĩ hæreditas peccatoris. Ergo impius ipse sibi pœna est iustus autem ipse sibi gloria Et utriq; aut bonorum aut malorꝝ operum merces ex se ipso soluitᷣ.

CAP. VIIII. SOLVTIO QVESTIONIS PROPOSITAE.

SEd reuertamur ad propositum ne diuisionem factam præteriisse uideamur qua occurrimus opinioni eorũ qui uidentes sceleratos quosq; diuites letos honoratos potentes cum pleriq; iustorũ egeant atq; infirmi sint putent uel nihil de bonis deum curare ut epicurei dicunt uel nescire actus hominũ ut flagiciosi putant uel si scit omnia iniquum esse iudicem ut bonos egere patiatᷣ habundare improbos. Nec superfluus uelut qdam excursus fuit ut opinioni huiusmodi ipsorꝝ affectus responderet quos beatos iudicant cum

ipſi ſe miſeros putent. Arbitratus enim ſum ꝙ ipſi ſibi facilius quam nobis crederent Quo decurſo procliue extimo ut refellam cætera Et primo eoꝝ aſſertionem qui deum putant curam mundi nequaquā habere ſicut ariſtoteles aſſerit uſq; ad lunam eius deſcendere prouidentiam. Et quis operator negligat operis ſui curam? Quis deſerat & deſtituat quod ipſe condēdū putauit? Si iniuria eſt regere non ne eſt maior iniuria feciſſe? cū aliquid non feciſſe nulla iniuſticia ſit: non curare quod feceris ſūma in clementia: Quod ſi aut deum creatorē ſuum abnegant aut beſtiarū & feraꝝ ſe haberi numero cenſent: quid de illis dicamus qui hac ſe condemnāt iniuria? Per omnia ire dominū ipſi aſſerūt & omnia in uirtute eius conſiſtere uim & maieſtatem eius ꝑ omnia elementa penetrare terras cœlum maria Et putant iniuriam eius ſi mentem hominis qua nihil nobis ipſe præſtantins dedit penetret & diuinæ maieſtatis īgrediatur ſcientia. Sed hoꝝ magiſtrum uelut ebriū & uoluptatis patronū ipi q putāt ſobrii irridēt philoſophi: Nam de ariſtotelis opinione quid loquar? q putat deū ſuis contentum eſſe finibus & præſcripto regni modo degere Vt poetaꝝ loquūt fabulæ qui mūdū ferūt īter tres eſſe diuiſum ut alii cœlum alii mare alii inferna cohercendi imperio ſorte obuenerint: eos q; cauere ne uſurpata alienarum partium ſolicitudine intra ſe bellū excitent: Similiter ergo aſſerunt ꝙ terrarum curam non habeat ſicut maris uel inferni non habet Et quomodo ipſi excludunt quos ſequuntur poetas. Sequitur illa reſpōſio

utrum deum si operis sui cura nō præterierit prætereat scientia Ergo qui plantauit aurem non audit qui finxit oculum nō uidet Non præteriit hæc uana opinio sāctos prophetas. Deniq; dauid inducit eos loquentes quos superbia inflatos asserit: Quid enim tam superbium quam cum ipsi sub peccato sint alios indigne ferant peccatores uiuere dicentes usq;quo peccatores dōine usq; quo peccatores gloriabuntur & infra Et dixerunt non uidebit dominus nec intelliget deus iacob: quibus respondit propheta dicens Intelligite nunc insipientes in populo & stulti aliquando sapite Qui plantauit aurem non audit & qui finxit oculum non cōsiderat? Qui corripit gentes non arguit? aut qui docet hominē scientiā? Dominus scit cogitationes hominum quoniam uanæ sunt Qui ea quecumque uana sunt depræhendit: ea quæ sāCta sūt nescit? & ignorat quod ipse fecit? Potest artifex opus suū ignorare? Homo est: & in opere suo latentia depræhendit: & deus opus suū nescit? Altius ergo profundum in opere quam in autore Et fecit aliquid quod supra se esset cuius meritū ignoraret autor: cuius affectum nesciret arbitrer. Hæc illis: Cæterum nobis satis est ipsius testimoniū qui ait Ego sū scrutans corda & renes Et in euangelio quod ait dominus iesus quid cogitatis mala in cordibus uestris? Sciebat enim q cogitarent mala: deniq; euangelista testat dicens Sciebat enim iesus cogitationes eorū: quorū nos poterit satis mouere opinio si facta eorum cōsideremus Nolūt supra se esse iudicem quem nihil fallat: nolunt ei dare

ocultorum scientiam cui metuunt oculta sua prodi Sed etiam dominus sciens opera eorum tradidit eos ĩ tenebras : in nocte inqt erit fur & oculis adulteri seruabit tenebras dicens Nõ considerabit me oculus & latibulũ personæ opposuit suæ Omnis enim qui lucem fugit diligit tenebras studens latere cum deũ latere non possit qui intra profundum abissi & intra hominum mentes non solum tractata sed etiã uoluẽda cognoscit Deniq; & ille qui dicit ĩ ecclesiastico quis me uidet ? & tenebræ operiũt me & parietes quem uereor ? quamuis in lecto suo positus hæc cogitet ubi nõ putauerit cõpræhẽdit : Et erit inquit dedecus quod nõ ĩtellexerit timorẽ dei . Quid autem tam stolidum quam putare quod deum quidquam prætereat ? cum sol qui minister luminis est etiam abdita penetret ? & in fundamẽta domus uel secreta conclauia uis caloris eius irrumpat ? Quis neget uerna temperie tepefieri interiora terrarum quos glacies hiberna constrĩxerit ? Norunt ergo arbo℞ occulta uim caloris uel frigoris adeo ut radices arborum aut urãtur frigore aut fotu solis uirescãt : Deniq; ubi clemẽtia cœli arriserit uarios terra se fundit in fructus Si igit̃ radius solis fundit lumen suum super omnẽ terram & in ea quæ clausa sunt inserit nec uectibus ferreis aut grauium ualuarum obicibus quo minus penetret impedit̃ quomodo non potest intelligibilis dei splendor in cogitationes hominũ & corda quæ ipse creauit inserere ? sed ea quæ ipse fecit non uidet ? & fecit ut meliora siut quæ facta sint & potẽtiora quã ipse est qui ea fecit ut possit

quando nolunt cognitionem ſui operatoris latere ? Tantam ergo uirtutem & poteſtatem inſeruit mẽtibus noſtris ut eam compræhẽdere cum uelit ipſe nõ poſſit? Duo abſoluimus. & ut arbitramur non incongrue nobis huius modi cecidit diſputatio. Tertiũ genus quæſtionis reſidet huiuſmodi cur peccatores habundent opibus & diuitiis epulentur iugiter ſine merore ſine luctu Iuſti autem egeant & afficiantnr aut coniugum amiſſione aut liberorum Quibus ſatiſfacere debuit illa euangelii parabola ꝙ diues biſſo & purpura induebat & epulas copioſas exhibebat quotidie. Pauper autem plenus ulcerum de mẽſa eius colligebat reliquias. Poſt obitum uero utriuſque pauper erat in ſinu abraæ requiem habens diues autem in ſuppliciis : Nõ ne euidẽs eſt meritoꝝ aut præmia aut ſupplicia poſt mortẽ manere. Et recte quia ĩ certamine labor eſt poſt certamẽ aliis uictoria aliis ignõinia. Nũquid prius quã curſus conficiciatur palma cuiquam datnr aut defertur corõa ? Merito paulus certamen inquit bonum certaui curſũ conſumaui fidem ſeruaui. quod reliquum repoſita eſt mihi corona iuſticiæ quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex Non ſolum autem mihi ſed etiam iis qui diligunt aduentum eius. In illa inquit die reddet non hic Hic autem in laboribus ĩ periculis ĩ naufragiis quaſi athleta bonus decertabat quia ſciebat quoniam per multas tribulationes oportet nos introire in regnũ dei. Ergo non poteſt quis præmiũ accipere niſi qui legitime certauerit. Nec eſt glorioſa uictoria niſi ubi

fuerint laboriosa certamina Nonne iniustus est qui ãte dat præmiũ quam certamen fuerit absolutum Ideoq; dominus in euangeilo ait Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum Non dixit beati diuites sed paupes Inde ĩcipit beatitudo iudicio diuino ubi erumna extimatur humana Beati qui esuriunt quia ipsi saturabunť Beati qui lugẽt quoniã ipsi cõsolationẽ habebunt Beati misericordes quoniam ipsis miserebiť deus Beati mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt Beati qui persecutionem patiuntur proter iusticiam quoniam ipsorum est regnum celorum Beati estis cũ uobis maledicent & persequentur & dicẽt omne malũ aduersum uos proter iusticiam : gaudete & exultate quoniam merces uestra copiosa est in cœlo. Futuram non præsentem in cœlo non in terra mercedem ꝓmisit esse reddendam Quid alibi poscis quod alibi debetur? Quid præpropere coronam exigis ante quam uincas Quid detergere puluerem quid requiescere cupis qd epulari gestis ante quam stadiũ soluatur. Adhuc populus spectat adhuc athletæ in schemate sunt. & tu iam ocium petis? Sed forte dicas Cur impii lètantur: Cur luxuriantur: Cur etiam ipsi nõ mecum laborãt? Quoniam qui non subscripserint ad coronam nõ tenẽť ad laborem certaminis Qui non ad stadium descenderint non se perfundũt oleo non oblinũt puluere Quos manet gloria expectat iniuria. Vnguentati spectare solent non decertare non solem æstus puluerem ĩbres q; perpeti. Dicãt ergo & ipsi athletæ Venite nobiscũ

laborate Sed respondebunt spectatores Nos hic iterim de uobis iudicamus uos autem sine nobis coronæ si ui ceritis gloriam uindicabitis Isti igitur qui in deliciis qui ĩ luxuria rapinis quæstibus honoribus studia posuerũt sua spectatores magis sunt quam præliatores .Habent lucrum laboris fructũ uirtutis nõ habent . F ouent ociũ astutia & improbitate aggerãt diuitiarum aceruos sed exoluent seram licet nequiciæ suæ pœnã Horum reges in infernis tua uero in cœlo Horũ domus in sepulchro tua in paradiso Vnde pulchre uigilare eos ĩ tumulo iob dixit quia soporem quietis habere non possunt quem ille dormiuit qui resurrexit Noli igit̃ ut paruulus sape ut paruulus loqui ut paruulus cogitare ut paruulus uendicare ea quæ sunt posterioris ætatis Perfectorum est corona Expecta ut ueniat quod perfectũ est quãdo non per spetiem in enigmate sed facie ad faciem formã ipsam redoperte ueritatis possis cognoscere Tunc qua causa ille diues fuerit qui erat improbus & raptor alie ni : qua causa potens alius : qua causa ille habundauerit liberis : ille fultns honoribus reuelabitur : fortasse ut dicatur raptori diues eras : qua causa aliena rapiebas ? egestas nõ compulit inopia nõ coegit Nõne ideo te di- uitem feci : ut excusationem habere non possis ? Dicat̃ etiam potenti cur non affuisti uidue orphanis quoque iniuriam patientibus ? Nunquid tu infirmus eaas ? Nũ quid non poteras subuenire ? Ideo te feci potentem ut non inferres uiolentiam sed repelleres . Non tibi scri ptum est ? eripe ĩiuriam accipientem Non scriptum est

eripite pauperem & egenum de manu peccatoris libe
rate ? Dicatur etiam habundanti liberis honoribus te
cumulaui salubritatem corporis concessi tibi Cur non
secutus es præcepta mea ? Famule meus quid feci tibi
aut quid contristaui te ? Non ne ego tibi liberos dedi
honores contuli salutem donaui ? Cur me negabas ?
Cur extimabas quod ad scientiam meam que gere-
res non peruenirent ? Cur tenebas dona mea despi-
ciebas mandata mea ? Deniqne de iuda proditore
hæc colligere licet Qui & apostolus inter duodecim
electus est Et loculos pecuniarum quas pauperibus
erogaret commissos habebat : ne uideatur aut quasi
inhonorus aut q̄si egenus dominū prodidisse . Et ideo
ut iustificaretur in eo dominus hoc ei contulit : ut non
quasi iniuria exasperatus : sed quasi præuaricatus gra
tia maiori esset offeusæ obnoxius .

CAPITVLVM . DECIMVM . DE OF- FICIO ADOLESCENCIAE ET VE- RECVNDIA .

QVoniam igitur & pœnam improbitati &
uirtuti fore præmium satis claruit : de officiis
aggrediamur dicere quæ nobis ab adolescen
tia spectanda sunt : ut cum ætate adcrescant simul .
Est igitur bonorum adolescētium timorem dei habere

deferre parentibus honorem habere senioribus casti-
tatem tueri non aspernari humilitatem diligere clemē
tiam ac uerecundiam quæ ornamenta sunt minori
ætati. Vt enī in senibus grauitas ī iuuenibus alacritas
ita in adolescentibus uerecundia uelut quadam dote cō
mendatur naturæ. Erat ysaac dominum timens ut
pote abraæ indoles deferens patri honorē usqne adeo
ut aduersus paternam uoluntatem nec mortem recusa-
ret. Ioseph quoque cum somniasset quod sol & luna
& stellæ adorarent eum sedulnm tamen obsequium
deferebat patri: castus ita ut ne sermonem quidem
audire uellet nisi pudicum humilis usque ad seruitutē
uerecundus usque ad fugam patiens usque ad carcerē
remissor iniuriæ usque ad remunerationem. Cuius
tanta ucrecundia fuit ut compræhensus a muliere uestē
in manibus eius fugiens mallet relinquere quam uere-
cundiam deponere. Moyses quoque & ieremias electi
a domino ut oracula dei prædicarent populo quod po-
terant per gratiam excusabant per uerecundiam. Pul
chra igitur uirtus est uerecundia & suauis gratia quæ
non solum in factis sed etiam in ipsis spectatur sermoni
bus ne modum progrediaris loquēdi ne quid indeco
rum sermo resonet tuus: speculum enim mentis plerū
que in uerbis refulget: Ipsum uocis sonum libret mo-
destia. Ne cuiusquam offendat aurem uox fortior.
Denique in ipso canendi genere prima disciplina uere
cundia est Immo etiam in omni usu loquendi ut sēsim
quis aut psalere aut canere aut postremo loq̄ īcipiat ut

uerecunda principia cōmēdēt ꝓcessū. Silentium quoq; ipsum in quo est reliquarum uirtutum ocium maxius actus uerecundiæ est. Deniq; si aut infantiæ putatur aut superbiæ ꝓbro datur si uercundiæ laudi dicit᷑. Tacebat in periculis susanna & grauius uerecundiæ quam uitæ damnum putabat. Nec arbitrabatur periculo pudoris tuendam salutem: Deo soli loquebatur cui poterat casta uerecūdia eloqui: refugiebat ora intueri uirorum: Est enim & in oculis uerecundia ut nec uidere uiros fœmina nec uideri uelit. Neque uero quisquā solius hāc laudem castitatis putet: Est enim uerecūdia pudiciciæ comes cuius societate castitas ipsa tutior est. Bonus enī regēdæ castitatis pudor ē eomes q se ptēdat & quæ prima pericula sūt pudiciciā temptari nō sinat. Hic primus in ipso cognitionis ingressu domini matrē cōmendat legentibus & tanquam testis locuples dignā quæ ad tale munus eligeretur astruit ꝙ in cubiculo ꝙ salutata ab angelo tacet & mota est ī introitu eius quod ad uirilis sexus speciem peregrinam turbatur aspectus uirginis. Itaq; quamuis esset humilis præ uerecundia tamen salutantem nō resalutauit nec ullum responsum intulit nisi ubi de suscipienda domini generatione cognouit ut qualitatem effectus disceret non ut sermonē præferret. In ipsa quoque oratione nostra multū uerecūdia placet multū cōciliat gratiæ apud deū nostrū. Nōne hæc ptulit publicanū & cōmēdauit eū q nec oculos suos audebat ad cœlū leuare: Ideo iustificat᷑ magis dnī iudicio q̄ ille phariseus quē deformauit præsūptio. Ideoq;

orēus ī incorruptiōe qeti & modesti spiritus qui est āte deum locuples ut ait petrus. Magna est igit̄ modestia quæ cum sit e natura sui iuris remissior nihil sibi usurpans nihil uindicans & quodam modo intra uires suas cōtractior diues est apud deū apud quē nemo diues. Diues est modestia quia dei portio est. Paulus quoq; orationem deferri præcepit cum uerecundia & sobrietate. Primam hanc & quasi præuiā uult esse orationis futuræ ut non glorietur peccatoris oratio sed q̄si colorē pudoris obducat & quo plus defert uerecundiæ de recordatione delicti hoc uberiorem mereatur gratiam. Est etiā in ipso motu gestu incessu tenenda uerecūdia: Habitus enim mentis in corporis statu cernitur. hinc homo cordis nostri abscondttus aut leuior aut iactātior aut turbidior aut cōtra grauior & constantior & purior & maturior extimatur. Itaq; uox quædam est animi corporis motus. Meministis filii quendam amicū cum sedulis se uideretur commendare officiis hoc solum in clerum a me nō receptum quod gestus eius plnrimum dedeceret: Alterū quoq; cū in clero repperissē iubere me ne umquā præiret mihi quia uelut quodā insolētis incessus uerbere oculos feriret meos Idque dixi cum redderetur post offēsam muneri hoc solum excepi nec fefellit sententia. Vterq; enim ab ecclesia recessit ut qualis incessus prodebatur talis perfidia animi demonstraretur. Namq; alter arriane infestationis tempore fidem deseruit alter pecuniæ studio ne iudicium subiret sacerdotem se nostrum negauit: Lucebat in illorū

ĩcessu imago leuitatis species quedã scurrarũ ꝑcursãtiũ. Sunt etiã qui leusim ambulando imitãtur histrionicos gestus & quasi q̃dam fericula pomparum & statuarum motus imitantium ut quociensc ũq; gradum transferũt modulos quosdam seruare uideant̃. Nec cursim ambulare honestũ arbitror nisi cũ causa exigit alicuius ꝑiculi uel iusta necessitas Nam plerumq; festinantes anhelos uidemus torquere ora quibus si causa desit festinatiõis necessariæ neuus iustæ offẽsionis est Sed nõ de his dico quibus rara properatio ex causa nascitur sed quibus iugis & continua in naturam uertitur. Nec in illis ego tanquam simulacrorum effigies probo nec in istis tãq̃ excussorum ruinas. Est enim gressus probabilis ĩ quo sit species autoritatis grauitatis põdus tranquilitatis uestigium: Ita tamen si studium desit atq; affectatio sed motus sit purus ac simplex: Nihil enim fucatũ placet: Motum natura informet Si quid sane in natura uicii est industria emendet ut ars desit non desit correctio. Quod si etiam ista spectantur altius quanto magis cauendum est ne quid turpe ore exeat Hoc enĩ grauiter coinquinat hominem Non enim cibus inquinat sed iniusta obtrectatio sed uerborum obscenitas :Hæc etiam uulgo pudori sunt: In nostro uero officio nullum uerbum quod inhoneste cadat non incutit uerecundiam Et non solum nihil ipsi indecorum loqui sed ne aurem qdẽ debemus huiusmodi præbere dictis: sicut ioseph ne incongrua suæ audiret uerecũdiæ ueste fugit relicta: Quouiã quem delectat audire alterum loqui ꝓuocat.

Intelligere quoq; quod turpe sit pudori maximo est. Spectare uero si quid huiusmodi fortuitu accidat quãti horroris est. Quod ergo in aliis displicet nunquid põt in se ipso placere? Hæc ipsa natura nos docet quæ perfecte quidem omnes partes nostri corporis explicauit ut & necessitati consuleret & gratiam uenustaret. Sed tamen eas quæ decori ad aspectũ forent in quibus formæ apex quasi in arce quadam locatus ut & figuræ suauitas & uultus species emĩeret operandi que usus esset paratior obuias atq; apertas reliquit: Eas uero ĩ qbus esset naturale obsequium necessitatis ne deforme sui præberẽt spectaculũ partim tanquam in ipso emẽdauit atq; abscondit corpore partim docuit & suasit tegendas Nõne igitur ipa natura est magistra uerecũdiæ? Cuius exemplo modestia hominum quam a modo scientiæ quid deceret appellatum arbitror id quod ĩ hac nostri corporis fabrica abditum repperit operuit & texit: ut hostium illud quod ex transuerso faciẽdum in arca illa noe iusto dictum est in qua uel ecclesiæ uel nostri figura est corporis per quod hostium egeruntur reliquiæ ciborum. Ergo naturæ opifex sic nostræ studuit uerecũdiæ sic decorum illud & honestũ in nostro custodiuit corpore: ut uelut ductus quosdam atque exitus cuniculorum nostrorum post tergũ relegaret atq; ab aspectu nostro auerteret ne purgatio uẽtris uisũ oculoꝝ offẽderet. De quo pulchre apostolus ait Quæ uidẽt inqt mẽbra corporis ĩfirmiora necessariora sũt & quæ putãus ignobiliora esse mẽbra corporis iis habũdãtiorẽ hõorẽ

circundamus & quæ inhonesta suut nostra honestatem habundantiorem habent: Et enim imitatione naturæ industria auxit gratiam quod alio loco etiam altius ĩter prætati sumus: ut non solũ abscondamus ab oculis uerũ etiam quæ abscondenda accipimus eorum indicia usus q; membrorum suis appellatiionibus nuncupare indecorum putemus. Deniq; si casu aperiãtur hæ partes confunditur uerecundia si studio impudentia extiat: Vnde & filius noe cham offensam retulit quia nudatũ uidens patrem risit: qni autem opuerunt patrem accẽperunt benedictionis gratiam. Ex qno mos uetus & in urbe roma & in plerisq; ciuitatibus fuit ut filii cum parentibns puberes uel generi non lauarent ne paterne reuerentiæ autoritas minueretur: Licet plerique se & in lauacro quantum possunt tegant ne uel illic ubi nudum totum est corpus huiusmodi intecta portio sit. Sacerdotes quoq; ueteri more sicut in exodo legĩus brachas accipiebãt sicut ad moysen dictũ est a domino Et facies illis brachas lineas ut tegatur turpitudo pudoris A lumbis usq; ad femora erunt Et habebit eas aaron & filii eius cum intrabũt in tabernaculum testimonii & cum accedent sacrificare ad aram sancti & non inducẽt super se peccatum ne moriantur: Quod nonnulli nostrorum seruare adhuc feruntur. Plerique spiritali interpretatione ad cautionem uerecundiæ & custodiam castitatis dictum arbitrantur. Delectauit me diutius in partibus demorari uerecundiæ quia ad uos loquebar: qui aut bona eius ex uobis recognositis aut

damna ignoratis Quæ cũ sit omnibus ætatibus psonis temporibus & locis apta tamẽ adolescentes iuuenilesq; annos maxime decet. In omni autem seruandum ætate ut deceat quod agas & conueniat & quadret sibi ordo uitæ tuæ. Vnde tullius etiam ordinem putat in illo decoræ seruari oportere Idq; positum dicit informositate ordine ornatu ad actionẽ apto quæ difficile ait loquẽdo explicari posse: Et ideo satis esse intelligo Formositatem autem cur posuerit non intelligo: Quamuis etiã ille uires corporis laudet: nos certe in pulchitudine corporis locum uirtutis non ponimus gratiam tamen non excludimus: quia & uultus ipsos uerecundia solet pudore effundere gratiores que reddere. Vt enim artifex in materia commodiore melius operari solet sic uerecundia in ipso quoq; corporis decore plus eminet: Ita tamen ut etiã ipse non sit affectatus decor corporis sed naturalis simplex neglectus magis quã expetitus non preciosis & albentibus adiutus uestimentis sed cõmunibus: ut honestati uel necessitati nihil desit nihil accedat nitori. Vox ipsa nõ remissa nõ fracta nihil fœminenum sonans qualem multi grauitatis specie simnlare consueuerũt: sed formã quãdam & regulam ac sucum uirilem resonans. Hoc enim est pulchritudinem uiuẽdi tenere conuenientia cuiq; sexui & personæ reddere. Hic ordo gestorum optimus hic ornatus ad omnem actionem accommodus. Sed ut molliculum & ĩfractũ aut uocis sonũ aut gestũ corpis nõ pbo ita neq; agrestẽ ac rusticã naturã ĩitemur: eius effigies formula disciplĩæ

forma honestatis est. habet sane suos scopulos uerecũ dia nõ quos ipsa ĩuehit sed quos sepe ĩcurrit si in intem perantiũ incidamus cõsortia qui sub specie iocũditatis uenenum infundunt bonis. Hi si assidui sunt & maxime in cõuiuio ludo ac ioco eneruant grauitatẽ illam uirilẽ. Caueamus itaque ne dum relaxare animum uolumus soluamus omnem armoniam quasi concentum quendã bonorum operum: Vsus enĩ cito ĩflectit naturam. Vnde quod prudenter facitis conuenire eclesiasticis & maxĩe ministeriorum officiis arbitror declinate extrãeorum cõuiuia uel ut ipsi hospitales sitis pegrinãtibus uel ut ea cautione nullus sit obprobrio locus: Conuiuia quippe extraneorum occupationes habent Tum etiam epulandi producũt cnpiditatẽ Subrepunt etiã fabulæ frequẽter de seculo ac uoluptatibus: Claudere aures non potes prohibere putatur superbiæ: Subrepunt etiam præter uoluntatẽ pocula: Melius est tuæ domi semel excuses quã alienæ frequẽter Et ut ipse sobrius surgas: tamen ex aliena insolentia condemnari non debet præsentia tua. Viduarum ac uirginum domos nisi uisitandi gratia iuniores adire non est opus: & hoc cum senioribus hoc est cum pbrĩs uel si grauior est causa cũ episcopo. Quid necesse est ut demus secularibus obtrectandi lo cum: Quid opus est ut ille quoq; uisitatiões crebræ ar ripiãt autoritatẽ? Q. si aliqua illarum forte labatur: cur alieni lapsus subeas inuidiam? Quam multos etiam fortes illecebra decipit. Quanti non dederunt errori locum & dederunt suspictioni? Cur non illa tempora

quibus ab ecclesia uacas lectioni impendas? Cur non christũ reuisas xp̃m alloquaris christum audias? Illum alloquimur cũ oramus illum audimus cum diuina legimus oracula. Quid nobis cnm alienis domibus? Vna est domus quæ omnes capit. Illi potius ad nos ueniãt qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Ministerium altaribus xp̃i nõ obsequium hominibus deferẽdũ recepimus. Hũiles decet esse mites mansuetos graues patientes modum tenere in omnibus ut nullum uicium esse in moribus uel tacitus uultus uel sermo annũtiet.

CAP. XI. DE COHIBENDA IRACVNDIA ET INDIGNATIONE.

Caueatur iracundia aut si præcaueri nõ potest cohibeatur. Mala enim index peccati indignatio est quæ ita animum perturbat ut rationi non relinquat locum. Primum est igitur si fieri potest ut motum tranquilitas usu quodam & affectatione propositũ ĩ naturã uertat Deĩde quoniã motus ita plerũq; est infixus naturæ ac moribus ut euelli atque euitari nõ queat si prouideri potuerit ratione reprimatur Aut si prius occupatus fuerit animus ab indignatione quam consilio prospici ac prouideri potuerit ne occuparetur meditare quo modo motum animi tui uincas iracundiã temperes Resiste iræ si potes cede si non potes quia scriptum est date locum ire. Iacob fratri indignãti piæ cessit & rebeccæ id est patiẽtiæ instructus cõsilio abesse

maluit & peregrinari quã excitare fratris indignationẽ & tũc redire cum fratrem mitigatum putaret : Et ideo tantam apud deum inuenit gratiam : Quibus deinde obsequiis quantis muneribusfratrem ipsum reconcilia uit sibi ut ille prærepta benedictionis non meminisset mẽinisset delatæ satisfactiõis: Ergo si pueñerit & præoc cupauerit mentem tuam iracũdia & ascenderit in te nõ relinquas locũ tuũ. Locus tuus patientia est locus tuus est ratio sapientia est locus tuus locus tuussedatio indi-gnationis est Aut si te cõtumacia respondẽtis mouerit & peruersitas ĩpuluerit ad indignationẽ si non potueris mitigare mentem reprime linguã tuam Sic. n. scriptũ est cohibe linguam tuam a malo & labia tua ne loquãt dolum deinde inquire pacem & sequere eam. Pacem illam iacob sancti uide quanta sit. Primũ sedato animũ Si non prævalueris frenos lingue impone tue. deinde recõciliationis studiũ nõ prætermittas. Hæc oratores seculi de nostris usurpata in suis posuere libris Sed ille sensus huius habet gratiam qui prior dixit : Vitemus ergo aut temperemus iracundiam ne sit eius aut in lau dibus exceptio. aut ĩ uiciis exaggeratio. Nõ mediocre est mitigare iracundiam non inferius quã omnino nõ commoueri. Hoc nostrum est naturæ illud. Denique commotiones in pueris innoxiæ sunt quæ plus habent gratiæ quã amaritudinis Et si cito pueri ĩter se mouẽt facile sedãt & maiori suauitate in se recurrunt nesciũt se subdole artificioseq; tractare. Nolite hos cõtẽnere pueros de quibus dominus ait Nisi conuersi fueritis &

efficiamini sicut puer iste nō ītroibitis in regnū cœlorꝝ.
Itaque & ipse dominus hoc est dei uirtus sicut puer iste
cum malediceretur non remaledixit cū percuteret̃ nō
repercussit. Ita ergo te cōpara ut quasi puer iniuriā nō
teneas maliciam non exerceas Omnia a te innocenter
ꝓficiscātur. Non consideres quid ab aliis in te referat̃
locum tuū serua simplicitatē & puritatem tui pectoris
custodi Noli respoudere irato ad iracundiam eius siue
imprudenti ad imprudentiā. Cito culpa culpā excutit.
Si lapides teras non ne ignis erūpit? ferunt gentiles ut
in maius omnia uerbis extollere solēt architæ tarentini
dictum philosophi quod ad uilicum suū dixerit O te in
felicem quā afflictarē nisi iratus essem? Sed iam dauid
& armatā dexteram in indignatione compræsserat. Et
q̄nto plus est non remaledicere quā non uindicare: Et
bellatores aduersus nabal ad ultionem paratos abigail
depræcatiōe reuocauerat. Vnde aduertimus tēpestiuis
quoque intercessionibus nō solum cedere nos sed etiā
delectari oportere. Eo usque autem delectatus est ut
benediceret interuenientem quod ab studio uindictæ
reuocatus foret: Iam dixerat de inimicis suis quoniam
declinauerūt in me īiqtates & in ira molesti erant mihi.
Audiamus turbatus ī ira quid dixerit Quis dabit mihi
pennas sicut columbæ & uolabo & requiescam? Illi
ad iracundiā prouocabāt Hic eligebat trāquilitatē Iam
dixerat Irascimini & nolite peccare. Moralis magister
qui naturalem affectum inflectendum magis ratione
doctrinæ quam extirpandū nouerat moralia docet hoc

eſt iraſcimini ubi culpa eſt cui iraſci debeatis : Non pōt enim fieri ut non rerum indignitāte moueamur : Alio quin non uirtus ſed lentitudo & remiſſio iudicatur. Ira ſcimini ergo ita ut a culpa abſtineatis. Vel ſic ſi iraſciini nolite peccare ſed uincite ratione iracundiam uel certe ſic : ſi iraſcimini uobis iraſcimini quia commoti eſtis & non peccabitis Qui enī ſibi iraſcitur quia cito cōmotus eſt deſinit iraſci alteri Qui autem uoluerit iram ſuam iuſtam probare plus inflammatur & cito in culpā cadit. Melior eſt autem ſecundum ſalomonem qui iracundiā continet quam qui urbem capit quia ira etiam fortes de cipit. Cauere igitur debemus ne in pturbationes prius incidamus quam animos noſtros ratio componat : Ex animat enim mentem plerunque aut ira aut dolor aut formido mortis. & improuiſo percellit ictu : ideo præ uenire pulchrum eſt cogitatione quæ uoluendo mentē exerceat ne repētinis excitetur cōmotionibus ſed iugo quodam rationis & habenis aſtricta miteſcat Sunt autē gemini motus hoc eſt cogitationum & appetitus alteri cogitationum alteri appetitus non confuſi ſed diſcreti & diſpares. Cogitationes uerum exquirere & quaſi emolere muneris habent : appetitus ad aliquid agendū impellit atque excitat. Itaque ipſo genere naturæ ſuæ & cogitationes tranquilitatem ſedationis infundunt & appetitus modum agēdi excutit. Ita ergo informati ſi mus ut bonarum rerum ſubeat animum cogitatio : ap‐ petitus rationi obtemperet : ſi uere ut illud decorum cuſtodiamus animum uolumus indētere : ne rationē

excludat rei alicuius affectus sed ratio qd honestati conueniat examinet. Et quoniam ad cōseruationē decoris spectare diximus ut sciamus in factis dictis ue q modus sit. Prior autē ordo loquēdi quam faciendi est: Sermo in duo diuiditur ī colloquium familiare & in tractatum disceptationem que fidei atque iusticiæ. In utroque seruandum ne sit aliqua perturbatio sed tanquā mitis & placidus & beniuolentiæ plenus & gratiæ sine ulla sermo ducatur contumelia Absit pertinax in familiari sermone contētio quæstiōes enī magis excitare inanes q̄ utilitatis aliquid afferre solet. Disceptatio sine ira sua uitas sine amaritudine sit monitio sine asperitate hortatio sine offensione Et sicut in omni actu uitæ id cauere debemus ne ratiōem nimius animi motus excludat sed teneamus consilii locum ita etiam in sermone formulā eam teneri conuenit ne aut ira excitetur aut odium aut cupiditatis nostræ aut ignauiæ aliqua exprimamus indicia. Sit igit̄ sermo huiusmōi de scripturis maxīe Quid enim magis nos oportet loqui quam de conuersatione optima adhortateonis disciplinæ custodia. Habeat caput eius ratiōem & finis modum Sermo enim tedio sus irā excitat Quā uero indecorum est ut cum omnis confabulatio habere soleat incrementum gratiæ habeat neuum offensionis: Tractatus quoque de doctrina fidei de magisterio continētiæ de disceptatione iusticiæ de adhortatione diligentiæ non unus semper sed ut se dederit lectio nobis & arripiēdus est & ꝓ ut possumus prosequēdus neque nimium prolixus neque cito inter

ruptus ne uel fastidium derelinquat uel desidiam pro dat atque incuriam. Oratio pura simplex dilucida atq; manifesta plena grauitatis & ponderis non affectata elegantia sed non intermissa gratia. Multa præterea de ratione dicēdi dant præcepta sæculares uiri quæ no bis prætereunda arbitror ut de iocandi disciplina: Nā licet interdum honesta ioca ac suauia sint tamē ab eccle-siastica abhorrent regula: quoniam quæ ī scripturis nō repperimus ea quem ad modum usurpare possumus? Cauendum est etiam infabulis ne inflectant grauitatē seuerioris propositi. Ve uobis qui ridetis quia flebitis dominus ait: & nos ridendi materiam requirimus ut hic ridentes illic fleamus. nō solum profusos sed ōnes etiam iocos declinandos arbitror nisi forte plenum gra uitatis & gratiæ sermonem esse nō indecorum est. Nā de uoce quid loquar? quam simplicem & puram esse satis arbitror Canoram autem esse naturæ est non in-dustriæ. Sit sane distincta pronuntiationis modo & plena suci uirilis ut agrestē ac subrusticū fugiat sonū nō ut rithimum affectet scenicum sed mysticū seruet: De ratione dicendi satis dictum puto Nūc de actione uite quid congruat consideremus.

CAP. XII. QVID VITAE ACTIONI CONGRVAT.

TRia autem in hoc genere spectanda cernimus Vnum ut rationi appetitus nō reluctetur hoc

enim solummodo possunt officia nostra illi decroo con uenire Si enim appetitus rationi obediat facile id quod deceat in omnibus officiis conseruari potest : Deinde ne maiore studio quam res ipsa est quæ suscipitur uel minore aut paruam magno ambitu suscepisse aut ma gnam īferiore destituisse iudeamur : Tertium de mo-deratione studiorum operumque nostrorum de ordīe quoque rerum & opportunitate temporum non dissi-mulandum puto . Sed primum illud quasi fundamentū est omnium ut appetitus rationi pareat secundum & tertium idem est hoc est in utroque moderatio : Vacat enim apud nos speciei liberalis quæ pulchritudo . ha betur & dignitatis contemplatio . Sequitur de ordine rerum & de opportunitate temporum Ac per hoc tria sunt quæ uideamus utrum in aliquo sanctorum consu-mata possimus dicere: Primum igitur ipse pater abraā qui ad magisterium futuræ successionis informatus & instructus est iussus exire de terra sua & de cognatione sua & de domo patris sui non ne multiplicatæ necessi tudinis præstrictus affectu tamen appetitum rationi obedientem præbuit : Quem enī terræ suæ cognatiōis domus quoque propriæ gratia non delectaret : Et hūc ergo mulcebat suorum suauitas sed imperii cœlestis & remuneratiōis æternæ consideratio mouebat āplius: Nonne considerabat uxorem inbecillem ad labores teneram ad iniurias decoram ad incentiua insolentium sine summo non posse duci periculo : Et tamen subire omnia quam excusare consultius diiudicauit : Deinde

cum descenderet in ægiptum monuit ut diceret se sororem esse nõ uxorem ipsius. Aduerte quanti appetitus: Timebat uxoris pudori timebat ꝓpriæ saluti suspectas habebat ægiptiorũ libidines Et tamen præualuit apud eum ratio exequendæ deuotionis Considerauit enim quod dei fauore ubique tutus esse posset offenso autẽ domino etiam domi non posset illesus manere. Vicit igitur appetitum ratio & obedientem sibi præstitit: Capto nepote non perterritus neque tot regum turbatus populis bellum repetiit Victoria potitus prædæ partẽ cuius ipse fuit auctor recusauit. Promisso quoqꝫ sibi filio cum consideraret emortui corporis sui uires depositas sterilitatem coniugis & supremam senectutem contra usum etiam naturæ deo credidit. Aduerte conuenire omnia: appetitus non defuit sed repressus est animus æqualis gerendis q nec magna pro uilibus nec minora pro magnis duceret Moderatio pro negociis Ordo rerum Opportunitas temporum Mẽsura uerborum Fide primus iusticia præcipuus in prælio strenuus in uictoria non auarus domi hospitalis uxori sedulus. Sanctum quoque eius nepotem iacob delectabat domi securum degere sed mater uoluit peregrinari ut daret fraternæ iracundiæ locum. Vicit appetitum consilii salubritas: exul domo profugus a parentibus ubique tamẽ conuenientem mensuram negociis tenuit & temporibus opportunitatem reseruauit: acceptus domi parentibus ut alter maturitate prouocatus obseqi benedictionem daret alter amore pio propenderet:

Fraterno quoque iudicio prælatus cum cibum ſuum fratri cedendum putaſſet delectabatur utique alimento ſecundum naturam ſed ſecundum pietatem ceſſit petito. Paſtor domino gregis fidus ſocero gener ſedulus in labore impiger in cōuiuio parcus in ſatiſfactione præuius in remuneratione largus Denique ſic fraternam mitigauit iracūdiam ut cuius uerebatur inimicicias adipiſceretur gratiam. Quid de ioſeph loquar qui utique habebat cupiditatē libertatis & ſuſcepit ſeruitii neceſſitatem? Quam ſubditus in ſeruitute quam in uirtute cōſtans quam benignus in carcere: Sapiens in ī terpraetatiōe in poteſtate moderatus in ubertate ꝓuidus ī fame iuſtus ordinem laudis rebus adiungens & opportunitatem tēporibus æquitatē populis officii ſui moderatiōe diſpenſans. Iob quoque iuxta ſecundis atque aduerſis rebus inrepræhenſibilis patiens gratus deo atque acceptus uexabatur doloribus ſed ſe conſolabatur. Dauid etiam fortis in bello patiens in aduerſis in ieruſalem pacificus in uictoria māſuetus ī peccato dolens ī ſenectute prouidus rerum modos uices temporum per ſigularū ſonos ſeruauit ætatum ut mihi uideatur nō minus uiuēdi genere quam canēdi ſuauitate prædulcis immortalē deo ſui fudiſſe meriti cantilenam. Quod his uiris uirtutum principalium officium defuit.

CAP. XIII. DE IIII. VIRTVTIBVS.

QVarum primo loco coſtituerunt prudentiam quæ in ueri inueſtigatione uerſatur &

ſcientiæ plenioris infūdit cupiditatem : ſecundo iuſticiā
quæ ſuum cuique tribuit alienum non uendicat utilita-
tem propriā negligit ut cōmunē æquitatem cuſtodiat :
tertio fortitudinē quæ & in rebus bellicis excelſi animi
magnitudine & domi eminet corporis que præſtat
uiribus : quarto temperantiam quæ modum ordinem
que ſeruat omnium quæ uel agenda uel dicenda arbi-
tramur Hæc forſitan aliquis dicat primo loco poni
oportuiſſe quoniam ab his quatuor uirtutibus naſcunt
officiorum genera Sed hoc artis eſt ut primo officium
definiatur poſtea certa in genera diuidatur Nos autem
artem fugimus exempla maiorum proponimus quæ
neque obſcuritatem afferunt ad intelligendum neque
ad tractādum uerſutias : Sit igitur nobis uita maiorum
diſciplinæ ſpeculum non calliditatis cōmentarium imi-
tandi reuerentia non diſputandi aſtutia . Fuit igitur
in ſancto abraam primo loco prudentia de quo dicit
ſcriptura Credidit abraam deo & reputatum eſt ei ad
iuſticiam Nemo enim prudens qui deum neſcit Deni-
que inſipiens dixit quia non eſt deus Nam ſapiens non
diceret . Quomodo enim ſapiens qui non requirit auc
torem ſuum qui dicit lapidi pater meus es tu qui dicit
diabolo ut manicheus auctor meus es tu ? Quomodo
ſapiens ut arrianus qui mauult imperfectum auctorē
habere atque degenerem quam uerum atque per-
fectum ? Quomodo ſapiens ut marcion atque eu-
nomius qui mauult deum malum quam bonum habe
re ? Quomodo ſapiens qui deum ſuum non timet ?

Initium enim ſapientiæ timor domini Et alibi habes Sapientes nõ declinant de ore domini ſed tractant in confeſſionibus ſuis . Simul quoque dicente ſcriptura reputatum eſt ei ad iuſticiam alterius uirtutis ei gratiã detulit . Primi igitur noſtri definierunt prudentiam in ueri cõſiſtere cognitiõe . Quis enim illorum ante abra am dauid ſalomonem : Deinde iuſticiam ſpectare ad ſocietatem generis humani . Denique dauid ait Diſper ſit dedit pauperibus iuſticia eius manet ĩ æternũ Iuſtus miſeretur iuſtus commodat Sapienti & iuſto totus mundus diuiciarum plenus eſt . Iuſtus communia pro ſuis habet ſua pro communibus . Iuſtus ſe ipſum prius quam alios accuſat Ille enim iuſtus qui nec ſibi parcit & occulta ſua latere non patitur . Vide quam iuſtus abra am : Suſceperat in ſenectute filium per repromiſſionẽ : repoſcenti domiuo negandum ad ſacrificium quamuis unicũ nõ putauit . Aduerte hic õnes uirtues quatuor in uno facto : fuit ſapientiæ deo credere nec filii gratiam ãteferre autoris pcepto : fuit iuſticiæ acceptũ reddere : fuit fortitudinis appetitum ratione cohibere . Ducebat hoſtiam pater interrogabat filius temptabatur affectus patrius ſed nõ uicebat̃ . Repetebat filius appellatiõem paternã conpungebat paterna uiſcera ſed nõ minuebat deuotionem Accidit & quarta uirtus temperantia : tenebat iuſtus & pietatis modum & executionis ordinem Denique dum ſacrificio neceſſaria uehit dum ignem adolet Dum filium ligat dum gladium educit Hoc imolandi ordine meruit ut filium reſeruaret .

Quid ſapientius ſancto iacob qui dominum uidit facie ad faciem & benedictionem meruit Quid iuſtius qui ea quæ adquiſierat oblatis muneribus cũ fratre diuiſit Quid fortius qui cũ deo luctatus eſt Quid modeſtius eo qui modeſtiam ita & locis & temporibus deferebat ut filiæ ĩiuriam mallet prætexere coniugio quam uindi care eo quod inter alienos poſitus amori potius conſu lendum qnã odia colligẽda cenſebat Noe quam ſapiẽs qui tantam fabricauit arcam quam iuſtus qui ad ſemen omnium reſeruatus ſolus ex omnibus & præterite ge-nerationis ſuperſtes eſt factus & autor futuræ mundo potius & uniuerſis magis quam ſibi natus. Quã fortis ut diluuium uinceret Quam temperans ut diluuium tolleraret q̃ndo ĩtroiret qua moderatiõe degeret q̃ndo coruum quando columbam dimitteret quãdo reciperet reuertentes quando exeundi opportunitatem captaret & agnoſceret. Itaque tractatum in ueri inueſtigatione tenendum illud decorum ut ſummo ſtudio requiratur quid uerum ſit non falſa pro ueris dicere non obſcuris uera ĩuoluere non ſuperfluis uel implexis atq; ãbiguis occupare animum Quid tam indecorum quam uene-rari ligna quod ipſi faciunt Quid tam obſcurum quã de aſtronomia & geometria tractare quod probant & profundi aeris ſpatia metiri cœlum quoque & mare nu meris includere relinquere cauſas ſalutis erroris quæ-rere An non ille eruditus in omni ſapientia egyptiorũ moyſes probauit iſta Sed illam ſapiẽtiam detrimẽtũ & ſtulticiam iudicauit & auerſus ab ea ĩtimo deũ quæſiuit

affectu ideo qne uidit interrogauit audiuit loquentem
Quis magis ſapiẽs quã ille quẽ docuit deus qui omnẽ
ægiptiorum ſapientiam omneſque artium potentias
operis ſui uirtute uacuauit Nõ hic incognita ꝓ cognitis
habebat his que temere aſſentiebatur quæ duo in hoc
maxime naturali atque honeſto loco uitanda dicant q
ſibi nec contra naturam eſſe nec turpe iudicant ſaxa
adorare & a ſimulacris auxiliũ petere quæ nihil ſentiãt
Quanto igitur excelſior uirtus eſt ſapiẽtia tanto magis
enitendum arbitror ut aſſequi eam poſſimus. Itaque
nequid contra naturam ne quid tnrpe atque indecorũ
ſentiamus duo hæc id eſt & tempus & diligentiam ad
coaſiderationem rerum examinandi gratia conferre de
bemus Nihil eſt enim magis quo homo cæteris animã
tibus præſtet quã quod ratiõis eſt particeps. Cauſas
rerum requirit generis ſui autorem inueſtigandum pu
tat in cuius poteſtate uitæ neciſque noſtræ poteſtas ſit
qui mũdum hunc ſuo nutu regat cui ſciamus rationem
eſſe reddendam noſtrorum actuum Nihil eſt enĩ quod
magis proficiat ad honeſtam uitam quam ut credaũs
eum iudicem futurum quem & occulta non fallant &
indecora offendant & honeſta delectent Omnibus igit̃
hominibus ineſt ſecundum naturam humanam uerum
inueſtigare quæ nos ad ſtudium cognitionis & ſcientiæ
trahit & inquirendi infundit cupiditatem In quo excel
lere uniuerſis pulchrum uidet̃ ſed paucorum eſt aſſeq
qui uoluẽdo cogitationes cõſilia examinãdo nõ medio
crẽ impendunt laborem ut ad illud beate honeſteque

uiuēdū peruenire possint atq; operibus appropinq̄re. Non enī qui dixerit inqt mihi domine dōine intrabit in regnū cœlorꝝ sed q fecerit ea quæ dico Nam studia sciētiæ sine factis haud scio an etiā inuoluant magis.

CAP. XIIII. DE PRIMO FONTE OFFICII PRVDENTIA.

PRimus igitᷣ officii fons prudentia est Quid enim tam plenum officii quam deferre autori studium atque reuerentiā. Qui tamen fons & in uirtutes deriuatur cæteras neq; enim potest iusticia sine prudentia esse cum examinare quid iustum qd ue iniustum sit non mediocris prudentiæ sit: summus in utroque error Qui enim iustum iudicat iniustum In iustum autem iustum execrabilis est apud deum. Vt quid habūdant iniusticiæ imprudēti Salomō ait: Neq; iterum prudentia sine iusticia est Pietas enim in deum initiū intellectus quod aduertimus ab huius seculi trāslatū magis quā inuentū sapiētibus qa pietas fundamētū est uirtutū omniū Iusticiæ autē pietas est prima ī deū secūda in patriā tertia in parentes item in ōnes quæ & ipa secūdū naturæ est magisteriū Si qdē ab ineūte ætate ubi primū sensus īfundi cœpit uitam amamus tanquam dei munus patriam parētesq; diligimus deinde æq̄les qbus sociari cupimus Hīc charitas nascitᷣ quæ aliossibi pfert nō quærēs quæ sua sūt ī qbus ē prīcipatus iusticiæ Omnibus quoque animātibus innascitur primo salutē

tueri cauere quæ noceāt expetere quæ prosint ut pastū ut latibula quibus se a periculo imbribus sole defendāt quod est prudenciæ. Succedit quoque ut omnium genera animātiū cōgregabilia natura sint primo generis sui ac formæ cōsortibus tū etiā cæteris ut boues uidēus armentis equos gregibus & maxime pares paribus delectari ceruos quoque ceruis & plerunque hominibus adiūgi. Iam de procreādi studio & sobole uel etiā generantium amore quid loquar in quo est iusticiæ forma præcipua? Liquet igitur & reliquas cognatas sibi esse uirtutes. Si quidem & fortitudo quæ uel in bello tuet̃ a barbaris patriam uel domi defendit infirmos uel a latronibus socios plena iusticiæ sit & scire quo consilio defendat atque adiuuet Captare etiam temporum & locorū opportunitates prudenciæ atq; modestiæ sit & temperantia ipsa sine prudentia modum scire nō possit Opportunitatem noscere & secūdum mēsurā reddere sit iusticiæ & in omnibus istis magnanimitas necessaria sit & quædam fortitudo mentis plerunque & corporis ut quisquod uelit implere possit.

CAP. XV. DE IVSTICIA SECVNDO FONTE OFFICII.

IVsticia igitur ad societatem generis humani & ad cōmunitatem refertur: Societatis enim ratio diuidit̃ ĩ partes duas iusticiā & beneficētiā q̃ eādē liberalitatē & benignitatē uocāt. Iusticia mihi

excelsior uidet̃ liberalitas gratior Illa censuram tenet ista bonitatem. Sed primum ipsum quod putant philosophi iusticiæ munus apud nos excluditur: Dicunt enim illi eam primam esse iusticiæ formam ut nemini quis noceat nisi lacessitus iniuria quod euangelii autoritate uacuatur: Vult enĩ scriptura ut sit in nobis spiritus filii hominis qui uenit conferre gratiam non inferre iniuriam. Deinde formam iusticiæ putauerunt ut quis communia id est publica pro publicis habeat priuata ꝓ suis. Ne hoc quidem secundum naturam: Natura enĩ omnia omnibus in commune profudit: Sic enim deus generari iussit omnia ut pastus omnibus cõmunis esset & terra foret omnium quædam communis possessio. Natura igitur ius commune generauit usurpatio ius fecit priuatum: Quo in loco aiũt placuisse stoicis quæ in terris gignant̃ omnia ad usus hominũ creari homĩes autem hominũ causa esse generatos ut ipsi inter se aliis alii ꝓdesse possint. Vnde hoc nisi de srcipturis nostris dicendũ assumpserunt: Moyses enim scripsit quia dixit deus faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram habeat potestatem piscium maris & uolatiliũ cœli. & pecorũ omnium & repentium super terram. Et dauid ait. Omnia subiecisti sub pedibus eius oues & boues uniuersas insuper & pecora campi uolucres cœli & pisces maris. Ergo omnia subiecta esse homini de nostris didicerunt & ideo censent proter hominem esse generata: Hominem quoque hominis causa generatum esse in libris moysi repperimus dicẽte domino.

Non est bonum hominem esse solum faciamus ei adiu
toriũ simile sibi : Ad adiumentũ ergo mulier data est
uiro quæ generaret ut homo homini adiumento foret.
Denique ante quam mulier formaretur dictum est de
adam Non est inuentus adiutor similis illi : Adiumẽtũ
enim homo nisi de homine habere non poterat: Ex om
nibus igitur animalibus nullum animal simile & ut
absolute dicamus nullus adiutor hominis similis iuen-
tus est Muliebris igitur sexus adiutor expectabatur.
Ergo secundum dei uoluntatem uel naturæ copulam
inuicẽ nobis auxilio esse debemus certare officiis uelut
in medio omnes utilitates ponere : Et ut uerbo scriptu
ræ utar adiumentum ferre alter alteri uel studio uel
peccunia uel operibus uel quolibet modo ut inter nos
societatis augeatur gratia : Nec quisquam ab officio uel
piculi terrore reuocetur sed õnia sua ducat uel aduersa
uel prospera. Denique sanctus moyses pro populo pa
triæ bella suscipere grauia non reformidauit nec regis
potẽtissimi trepidauit arma nec barbaricæ immanitatis
expauit ferociã sed abiecit salutẽ suã ut plebi libertatẽ
reddderet. Magnus itaque iusticiæ splendor quæ aliis
potius nata qnam sibi communitatẽ & societatẽ nostrã
adiuuat excelsitatẽ tenet ut suo iuditio omnia subiecta
habeat opem aliis ferat pecuniam conferat officia non
abnuat pericula suscipiat aliena. Quis non cuperet hãc
uirtutis arcem tenere nisi prima auaritia ĩfirmaret atq;
inflecteret tantæ uirtutis uigorem? Et enĩ dum augere
opes aggerare pecũias occupare terras possessiõibus

cupimus præstare diuitiis iusticiæ formam exuimus beneficentiam communem amisimus. Quomodo enī potest iustus esse qui studet eripere alteri quod sibi quærat? Potentiæ quoque cupiditas formam iusticiæ uirilem effœminat. Quomodo enim potest pro aliis interuenire qui alios sibi subiicere conatur? & infirmo aduersum potentes opem ferre qui ipse grauem libertati affectat potētiam? Quanta autem iusticia sit ex hoc intelligi potest quod nec locis nec personis nec temporibus excipitur quæ etiam hostibus reseruatur: ut sic cōstitutus sit cum hoste aut locus aut dies prælii aduersū iusticiam putetur aut loco præuenire aut tempore. Interest enim utrū aliquis pugna aliqua & conflictu graui capiatur an superiore gratia uel aliquo euentu. Siquidem uehemētioribus hostibus & īfidis & iis qui āplius leserint uehementior infertur ultio ut de madianitis q per mulieres suas plerosque peccare fecerant ex plebe iudeorum. Vnde & dei in populum patrum iracundia effusa est. & ideo factum est ut nullum moyses uictor superesse pateretur Gabaonitas autē qui fraude magis quam bello temptauerant plebem patrū non expugnaret iesus sed conditiōis īpositæ afficeret iniuria. Syros uero heliseus quos obsidentes in ciuitatem induxerat momentaria cœcitate percussos cum quo ingrederent̄ uidere non possent uolenti regi israhel percutere non adquiesceret dicens Non percuties quos nō captiuasti in gladio & lancea tua Pone eis panem & aquā ut manducent & bibant & remittātur & eant ad dominū suū

ut humanitate prouocati gratiam repræſentarẽt. Deni que poſtea in terram iſrael uenire piratæ ſyriæ deſti- terunt. Si ergo etiam in bello iuſtitia ualet q̃nto magis in pace ſeruanda eſt. Et hanc gratiam propheta his de tulit qui ad eum corripiendũ uenerãt: Sic .n. legimus quod in obſidione eius miſerat rex ſyriæ exercitum ſuum cognito quod heliſeus eſſet qui conſiliis et ar- gumentationibus eius obuiaret omnibus. Quẽ uidens exercitum giezi ſeruus prophetæ de ſalutis periculo trepidare cœpit Cui dixit ꝓpheta Noli timere quoniã plures nobiſcum ſunt quam cum illis & rogãte ꝓpheta ut aperirentur oculi ſeruo ſuo aperti ſunt uidet itaque giezi totum montem equis repletum & curribus in cir cuitu heliſei Quibus deſcendentibus ait propheta Per cutiat dominus cœcitate exercitum ſyrie Quo ĩpetrato ad ſyros dixit Venite poſt me & ducã uos ad hominẽ quem quæritis & uiderunt heliſeum quem corripere geſtiebant & uidentes tenere non poterant.

CAP. XVI. QVOD FIDES EST FVN DAMENTVM IVSTICIAE.

LIquet igitur etiam in bello fidem & iuſticiam ſeruari oportere nec illud decorum eſſe poſſe ſi uioletur fides. Denique etiam aduerſarios molli ueteres appellatione nominabant ut peregrinos uocarent: hoſtes enim antiquo ritu peregrini dicebãt Quod æque etiam ipſum de noſtris aſſumptum dicere

possumus. Aduersarios enim suos hebrei allophilos hoc est alienigenas latino appellabant uocabulo Deni que in libro regnorum primo sic legimus Et factũ est in diebus illis cõuenerũt alienigenæ in pugnam ad israel. Fundamẽtum ergo est iusticiæ fides Iustorum enim corda meditantur fidem. Et qui se iustus accusat iusti-ciam supra fidem collocat. Nam tũc iusticia eius appa ret si uera fateatur denique & dominus per isaiam ecce ĩquit mitto lapidem in fundamẽtum syon id est christũ in fundamẽtum ecclesiæ Fides enim omnium christus ecclesia autem quædã forma iusticiæ est commune ius omnium in commune orat in commune operatur in commune temptatur Denique qui se ipsum sibi quoti-die abnegat ipse iustus ipse dignus est xp̃o. Ideo & paulus fundamentum posuit christum ut supra eũ opa iusticiæ locaremus qa fides fundamentum est. In ope ribus autem aut malis iniquitas aut bonis iusticia est.

CAP. XVII. DE BENEFICENTIA.

SEd iam de beneficẽtia loquamur quæ diuidit etiam ipsa in beniuolentiam & liberalitatem. Ex his igitur duobus cõstat beneficentia ut sit perfecta: Non enim satis est bene uelle sed etiam benefacere Nec satis iterum benefacere nisi id ex bono fonte hoc est bona uoluntate proficiscatur. Hilarem enim datorem diligit deus. Nam si inuitus facias quæ tibi merces est? Vnde appostolus generaliter Si uolẽs hoc ago mercedem habeo: Si inuitus dispensatio inqt

mihi credita est In euangelio quoque multas disciplinas accepimns iustæ liberalitatis : Pulchrum ē igitur bene uelle & colargiri consilio ut prosis non ut noceas Nam si luxurioso ad luxuriæ effusionē adultero ad mercedē adulterii largiendum putes nō est beneficentia ista ubi nulla est beniuolentia : Officere enī est istud non ꝓdesse alteri si largiaris ei qui conspiret aduersus patriam qui congregare cupiat tuo sumptu ꝑditos qui ī pugnēt ecclesiam Non est hæc probabilis liberalitas si adiuues eum qui aduersus uiduam & puppillos graui decernit iurgio aut ui aliqua possessiones eorum eripere conat̃ Non probatur largitas si quod alteri largitur alteri qs extorqueat si iniuste quærat & iuste dispensandum putet: nisi forte ut ille zacbeus reddas prius ei quadruplū quem fraudaueris & gentilitatis uicia fidei studio & credentis operatione compenses . Fundamentum igit̃ habeat liberalitas tua . Hoc primum quæritur ut cum fide cōferas fraudem nō facias oblatis ne dicas te plus conferre & minus conferas Quid enim opus est dicere fraus promissi est in tua potestate largiri quod uelis Fraus fundamentum soluit & opus corruit . Nunquid petrus ita indingnatione efferbuit ut ananiam extīgui uellet uel uxorem eius? Sed exemplo eorum noluit perire cæteros . Nec illa perfecta est liberalitas si iactantie causa magis quam misericordiæ largiaris . Affectus tuus nomen imponit operi tuo Quomodo a te ꝓficiscitur sic æstimatur . Videas quam moralem iudicem habeas te consulit quomodo opus suscipiat tuum Mētem

tuā prius interrogat: Nesciat īquit sinistra tua qd facit dextera tua Nō de corpore loquitur sed etiā unanimus tuus frater tuus quid facias nesciat ne dum hic mercedē quæris iactantiæ illic remunerationis fructum amittas Perfecta autem est liberalitas ubi silentio quis tegit opus suū & necessitatibus singulorum occulte subuenit quem laudat os pauperis & non labia sua. Deinde perfecta liberalitas fide causa loco tempore commendatur ut primum operis circa domesticos fidei: Grandis culpa est si sciente te fidelis egeat si scias eum sine sumptu esse famen tolerare erumnam perpeti qui præsertim egere erubescat Si in causam ceciderit aut captiuitatis suorū aut calumniæ & nō adiuues Si sit ī carcere & pœnis & suppliciis ꝑter debitū aliquod iustus excruciet̃ Nam et si omnibus debetur misericordia tamen iusto amplius Si tempore afflictionis suæ nihil a te impetret Si tempore periculi quo rapitur ad mortem plus apud te pecunia tua ualeat quam uita morituri. De quo pulchre iob dixit Benedictio perituri in me ueniebat: Personarum quidem deus acceptor non est quia nouit omnia nos autem ōnibus quidem debemus misericordiam. Sed qa plerique fraude eā quærunt & affingūt erūnam ideo ubi causa manifestatur persona cognoscit̃ tēpus urget largius se debet profundere misericordia: Non enim auarus est dominus ut plurimum quærat Beatus quidem qui dimittit omnia & sequit̃ eum sed & ille beatus est qui quod habet ex affectu facit Denique duo minuta æra uiduæ illius diuitum muneribus

prætulit quia totum illa quod habuit contulit illi autẽ ex habundantia partem exiguã contulerunt. Affectus igitur diuitem collationem aut pauperem facit & ꝑcium rebus imponit. Cæterũ aũt dominus nõ uult simul effũdi opes sed dispensari nisi forte ut heliseus qui boues suos occidit & pauit paupes ex eo quod habuit ut nulla cura teneret̃ domestica sed relictis õnibus in disciplinã se propheticã daret. Est etiam illa ꝓbãda liberalitas ut ꝓxĩos seminis tui ne despicias si egere cognoscas: Melius est enĩ ut ipe subuenias tuis qbus pudor est ab aliis sũptũ deposcere aut alicui postulare subsidiũ necessitati non tamẽ ut illi ditiores eo fieri uelint quod tu potes cõferre inopibus Causa enĩ præstat̃ nõ gratia Neq; .n. proterea te domino dicasti ut tuos diuites facias: sed ut uitam tibi perpetuam fructu boni operis adquiras & ꝑcio miserationis peccata redimas tua. Putant se parũ poscere: ꝑciũ tuũ quærũt uitæ tuæ fructũ adĩere cõtẽdũt & accusat quod eũ diuitẽ nõ feceris cũ te ille uelit æternæ uitæ fraudare mercede Cõsiliũ ꝓmisimus auctoritatem petamus. Primũ nẽinẽ debet pudere: si ex diuite pauper fiat dũ largit̃ paupi: qa christus paupꝑ factus est cũ diues esset: ut õnes sua ĩopia ditaret. Dedit regulã quã sequamur ut bona ratio sit exinaniti patrimonii: si quis pauperũ famẽ repulit ĩopiam subleuauit. Vnde & cõsiliũ in hoc do apostolus dicit: Hoc enĩ uobis utile est ut christũ imitemini Consiliũ bonis datur: correptio errantes cohercet Deniq; quasi bonis dicit: quia nõ tantũ facere sed & uelle cœpistis ab anno ꝑterito. Perfectoꝝ

utrunque eſt nõ pars Itaque docet & liberalitatem ſine beniuolentia & beniuolentiam ſine liberalitate non eſſe perfectam Vnde ad perfectum hortatur dicens. Nunc autem & facere cõſumate ut quem ad modum prõpta eſt in uobis uoluntas faciendi ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis : Si enim uoluntas prompta eſt ſecundum id quod habet acceptum eſt non ſecundum id quod non habet. Non enim ut aliis refectio ſit uobis autem anguſtia ſed ex æqualitate ĩ hoc tempore ueſtra habundantia ad illorum inopiam ut & illorum habundantia ſit ad ueſtram inopiam ut fiat æqualitas ſicut ſcriptum eſt Qui multum non habundauit & qui modicũ non minorauit. Aduertimus quem ad modum & beniuolentiam & liberalitatem & modum compræhendit & fructum atque perſonas. Ideo modum quia imperfectis modum dabat & conſilium Non enim patiuntur anguſtias niſi imperfecti Sed ſi quis eccleſiam nolens grauare in ſacerdotio aliquo conſtitutus aut miniſterio non totum quod habet conferat ſed operetur cum honeſtate quantum officio ſatis eſt non tamen mihi imperfectus uidet̃ & puto quod hic anguſtiam non animi ſed rei familiaris dixerit de perſonis autem puto dictũ ut ueſtra habundantia ſit ad illorum inopiam & illorũ habundantia ad ueſtram inopiam ideſt ut populi habũdantia ſit bonæ operatiõis ad illorum ſubleuandã alẽdi inopiam & illorum habundantia ſpiritalis adiuuet ĩ plebe inopiam meriti ſpiritalis & conferat ei gratiã. Vnde exemplum optimum poſuit qui multum nõ habũdauit

& qui modicum non minuit Bene hortatur ad officium misericordiæ omnes homines istud exemplum quoniã & qui plurimum auri possidet non habundat quia nihil est quidqd in seculo est & qui exiguũ habet non minuit quia nihil est quod amittit. Res sine dispendio est quæ tota dispendium est Est etiam sic intellectus bonus qui plurimum habet & si non donat non habundat quia q̃n tum ius adqrat eget semper quia plus cõcupiscit & qui exiguum habet non minuit quia non multum est quod paupem pascit Similiter ergo & ille pauper qui confert spiritalia pro pecuniariis & si plurimum habeat gratiæ non habundat nõ enim onerat gratia sed alleuat mentẽ Sed etiam sic potest intelligi: Non habundas o homo quantum est enim quod accepisti & si tibi multum est Ioannes quo nemo maior est inter natos mulierum inferior tamen erat eo qui minor est in regno cœlorũ. Potest & sic intelligi. Non habundat dei gratia corporaliter quia spiritalis est. Quis eius potest aut magnitudinem aut latitudinem compræhendere quam non uidet. Fides si fuerit sicut granum sinapis montes trãsferre potest & tibi non datur ultra granum sinapis si habundet in te gratia. Non est uerẽdum ne mens tua tanto munere incipiat extolli quia multi sunt qui ab altitudine cordis sui grauius corruerunt quam si nullam habuissent dei gratiam: Et qui parum habet nõ minuit quia non est corporeum ut diuidatur & quod parum uidetur: habenti plurimum est cui nihil de est. Consideranda etiam in largiendo

ætas atque debilitas nonnunquam etiam uerecundia quæ ingenuos prodit natales ut ſenibus plus largiaris qui ſibi labore iam non quæunt uictum qnærere Simi liter & debilitas corporis & hæc iuuanda promptius. Tum ſi quis ex diuitiis cecidit in egeſtatem & maxime ſi non uicio ſuo ſed aut latrociniis aut proſcriptione aut calumniis quæ hahebat amiſit. Sed forte dicat aliquis Cœcus uno loco ſedet & præteritur & iuuenis ualidus frequeuter accipit Et uerum eſt quia obripit per importunitatem non eſt illud iudicii ſed tedii nam & do minus ait in euãgelio de eo q iã clauſerat' oſtiũ ſuũ ſi qs oſtiũ eius ꝓcacius pulſet qa ſurgit & dat illi' proter ĩpor tunitatem. Pulchrum quoque eſt propenſiorem eius haberi ratiõem qni tibi aut beneficium aliquod aut mu nus contulit ſi ipſe in neceſſitatem incidit Quid enim tam contra officium quam nõ reddere quod acceperis? Nec menſura pari ſed uberiore reddendum arbitror & uſum penſare beneficii ut tanto ſubuenias q̃nto eius erumnam repellas Et enim ſuperiorem non eſſe in referendo quam conferendo beneficio hoc eſt minorem eſſe quoniam qui prior contulit tempore ſuperior eſt humanitate prior. Vnde imitanda nobis eſt in hoc quo que natura terrarum quæ ſuſceptum ſemen multiplica tiore ſolet numero reddere q̃ accepit. Ideo tibi ſcriptũ eſt. Sicut agricultura eſt homo inſipiens & tanquam uinea homo egens ſenſu Si reliqueris eum deſolabitur ſicut agricultura Ergo etiam ſapiens ut tanquam' fenerata ſibi maiore menſura ſemina ſuſcepta reſtituat.

Terra ergo aut spõtaneos fructus germĩat aut creditos uberiore cumulo refundit ac reddit. Vtrunque debes quodam hereditario usu parentis ne relinquaris sicut infecundus ager. Esto tamen ut aliquis excusare possit quod nõ dederit Quo modo excusare potest quod nõ reddiderit? Non dare cuiquam uix licet non reddere uero non licet. Ideo pulchre salomon ait Si sederis cœnare ad mensam potentis sapienter intellige ea quæ apponunt tibi & mitte manũ tuam sciẽs quod oportet te talia præparare Si autẽ in satiabilis es noli cõcupiscere escas eius Hæ enim optinent uitã falsam. Quas nos imitari cupientes sententias scripsimus conferre gratiã bonum est. Atqui referre nescit durissimus Humanitatis exemplum ipsa terra suggerit spontaneos fructus ministrat quos non seueris multiplicatum quoque reddit quod acceperit. Negare tibi pecuniam numeratam non licet quomodo licet acceptam non referre gratiã? In prouerbiis quoque habes quod ita plurimum redhibitio ista gratiæ apud domiuum consueuit ualere: ut etiam in die ruinæ ĩueniat gratiam quãdo possunt præponderare peccata Et quid aliis utar exemplis? cum dominus ipse remunerationem uberiorem sanctorum meritis in euangelio polliceatur atque hortetur ut operemur bonũ opus dicens Dimittite & dimittetur date & dabitur uobis Mensuram bonam & confertam super effluentem dabunt in sinum uestrum. Itaque & illud conuiuium salomonis non de cibis sed de operibus est bonis Quo .n. melius epulant animi quã bonis factis?

Aut quid aliud tam facile potest iustorum explere mētes quam boni operis conscientia Quis autem iocundior cibus quam facere uoluntatem dei? Quem cibum sibi solum dominus habundare memorabat sicut scriptum est in euangelio Meus cibus est ut faciam uoluntatem patris mei qui in cœlo est. Hoc cibo delectemur de quo ait propheta Delectare in domino. Hoc cibo delectātur qui superiores delectationes mirabili ingenio comprænhenderunt qui possunt scire q̄lis sit illa munda & intelligibilis mentis delectatio. Edamus ergo panes sapiētiæ & saturemur in uerbo dei quia nō ī solo pane sed in ōni uerbo dei uita est hominis facti ad imaginē dei De poculo uero satis exp̄sse dicit sanctus iob. Sicut terra expectans pluuiam sic & isti sermones meos Pulchrum est ergo ut diuinarum scripturarū humescamus eloq̄o & quasi ros sic in nos dei uerba descendant. Cū igitur sederis ad illam mensam potentis intellige quis iste sit potens: Et in paradiso delectationis positus atque in conuiuio sapientiæ locatus. considera quæ apponuntur tibi Scriptura diuina conuiuium sapientiæ est Singuli libri singula sunt fercula: Intellige prius quid habeant ferculorum dapes & tunc mitte manum ut ea quæ legis uel quæ accipis a domino deo tuo operibus exæq̄ris & collocatam in te gratiam officiis repræsentes ut petrus & paulus qui euangelizando uicem quandam largitori muneris reddiderūt Vt possint singuli dicere Gratia autē dei sum id quod sum & gratia eius egena in me non fuit sed habundantius illis ōnibus laboraui.

Alius ergo fructũ accepti beneficii ut aurũ auro argẽtũ argento rependit alius labore alius haud ſcio an etiam locupletius ſolum reſtituit affectum.

CAP. XVIII. DE BENIVOLENTIA.

QVid enim ſi reddendi nulla facultas ſuppetit? In beneficio referendo plus animus quam cẽſus operatur magiſque præponderat beniuolentia quam poſſibilitas referendi muneris: gratia enĩ in eo ipſo quod habetur refertur Magna igitur beniuolentia quæ etiam ſi nihil cõferat plus exhibet & cum in patrimonio nihil habeat largitur pluribus id que facit ſine ullo ſui diſpendio & lucro omnium & ideo præſtat beniuolentia ſupra ipſam liberalitatẽ Ditior hæc moribus quam illa muneribus. Plures enim ſunt q indigẽt beneficio quam qui habũdãt Eſt autem beniuolentia & coniũcta liberalitati a qua ipſa liberalitas proficiſcit cũ largitatis affectum ſequit largiendi uſus & ſeparata atque diſcreta ubi enĩ deeſt liberlaitas beniuolẽtia manet Communis quædam parens omnium quæ amiciciam connectit & copulat in conſiliis fidelis in proſperis leta in triſtibus mœſta ut unuſquiſq; beniuolẽtis ſe magis quam ſapientis credat conſilio ut dauid cum eſſet prudentior Ionathæ tamen iunioris conſiliis adquieſcebat Tolle ex uſu hominũ beniuolẽtiã tanquã ſolem emũdo tuleris ita erit Quia ſine ea uſus hominum eſſe non poteſt ut peregrinanti monſtrare uiam reuocare errantem deferre hoſpiciũ. Non igitur mediocris uirtus

De qua sibi plaudebat iob dicens Foris autem non habitabat hospes Ianua mea omni ueniēti patebat: A quā de aqua profluenti dare lumen de lumine accendere. Beniuolentia itaque in his est omnibus tanquam fons aquæ reficiens sitientem tāquam lumen quod etiā aliis luceat Nec illis desit qui de suo lumine aliis lumen accē derint Est etiam illa beniuolētiæ liberalitas ut si quod ius habes debitoris chirographum scindens restituas nihil a debitore consecutus debiti Quod exemplo sui nos facere debere iob sanctus admonet. Nā qui habet non mutuatur qui non habet non liberat syngrapham Quod igitur etiam si ipse non exigas auaris hæredibus seruas quam potes cum beniuolentie tuæ laude sine dā no pecuniæ repræsentare. Atq; ut plenius discutiamus beniuolētiam a domesticis primum profecta personis id est a filiis parentibus fratribus per coniunctionum gradus in ciuitatum peruenit ambitum & de prradiso egressa mundum repleuit. Denique cum in uiro & in fœmina beniuolentem deus posuisset affectum dixit Erunt ambo in una carne & uno spiritu: Vnde se eua serpenti credidit quoniam quæ beniuolentiam accepat maliuolentiam esse nō opinabatur. Augetᷓ beniuolētia cœtu ecclesiæ fidei cōsortio initiandi societate pcipiēdæ gratiæ necessitudīe misterioꝝ cōmuniōe. Hæc enī etiā appellationes necessitudinū reuerentiā filiorum aucto ritatem & pietatem patrum germanitatem fratrū sibi uīdicāt. Multum igitᷓ ad cumulādā spectat beniuolētiā necessitudo gratiæ adiuuāt etiā non parū studia uirtutū

Si quidem beniuolētia etiam morum facit similitudinē. Denique ionathas filius regis imitabatur sancti dauid mansuetudinem proter quod diligebat eum. Vnde & illud cum sancto sanctus eris non solum ad conuersatio nem sed etiam ad beniuolentiam deriuandum uidetur. Nam utique & filii noe simul habitabant & non erat in his morū concordia. Habitabant etiam in domo patris esau & iacob sed discrepabant Non erat enim beniuolē tia inter eos quæ sibi præferet alterū sed magis cotētio quæ præriperet benedictionem Nam cum alter prædu rus alter māsuetus esset inter dispares mores & studia compugnantia beniuolentia esse non poterat Adde qa sanctus iacob paternæ degenerem domus uirtuti præ ferre nō poterat Nihil autem tam cōsociabile quam cū æquitate iusticia quæ uelut compar & socia beniuolētiæ facit ut eos quos pares nobis credimus diligamus. Habet autē in se beniuolentia fortitudinē nā cum ami cicia ex beniuolentiæ fonte procedat non dubitat pro amico grauia uitæ sustinere pericula & si mala inquit mihi euenerint per illum sustineo Beniuolentia etiam gladium iracundiæ extorquere consueuit Beniuolentia facit ut amici uulnera utilia quam uoluntaria inimici oscula sint Beniuolentia facit ut unus fiat expluribus quoniā si plures amici sint unus fiunt in quibus spiritus unus & una sententia est Simnl aduertimus etiam cor reptiones in amicicia gratas esse quæ aculeos habent dolores non habent Compungimur enim censoriis sermonibns sed beniuolentiæ delectamur sedulitate

Ad ſummã non omnibus eadẽ ſemper officia debẽtur nec perſonarum ſemper ſed plerunque cauſarum & temporum prælationes ſunt ut uicinum quis interdũ magis quam fratrem adiuuerit: quoniam & ſalomon dicit melius eſt uicinus in proxĩo q̃ frater lõge habitãs Et ideo plerunque amici ſe beniuolentiæ quiſque committit quam fratris neceſſitudini. Tantum ualet beniuolentia ut plerunque pignora uincat naturæ.

CAP. XIX. DE FORTITVDINE TERTIO FONTE OFFICII.

SAtis copioſe iuſticiæ loco honeſti naturam & uim tractauimus. Nunc de fortitudine tractemus quæ uelut excelſior cæteris diuiditur in res bellicas & domeſticas: ſed bellicarum rerũ ſtudiũ a noſtro officio iã alienũ uidet̃ qa animi magis q̃ corporis officio ĩtẽdimus: nec ad arma iã ſpectat uſus noſter ſed ad pacis negocia. Maiores autẽ noſtri ut ieſus naue hieroboam ſanſon dauid ſummam rebus quoque bellicis retulere gloriã. Eſt itaq; fortitudo uelut excelſior cæteris ſed nunquam incomitata uirtus. Non enim ſe ipſam committit ſibi Alioquin fortitudo ſine iuſtitia iniquitatis materia eſt Quo enim ualidior eſt eo prõptior ut inferiorem opprimat᷑. Cum in ipſis rebus bellicis iuſta bella an iniuſta ſint ſpectandum putetur. Nunquam dauid niſi laceſſitus bellum intulit. Itaque prudentiam fortitudinis comitem habuit in prælio: nã

& aduerſus goliam immanem mole corporis uirum ſin
gulari certamine dimicaturus arma quibus honeraret̃
reſpuit Virtus enim ſuis lacertis magis quam alienis
integumentis nititur Deinde eminus quo grauius fe
riret ictu lapidis hoſtem interemit : poſtea nunquam
niſi conſulto domino bellum adorſus Ideo in omnibus
uictor prœliis uſque ad ſummam ſenectam manu prõ-
ptus bello aduerſus titanas ſuſcepto ferocibus bellator
miſcebatur agminibus gloriæ cupidus ĩcurioſus ſalutis.
Sed nõ hæc ſolum præclara fortitudo eſt Sed etiã illoꝝ
glorioſam fortitudinem accepimus qui per fidem ma-
gnitudine animi obſtruxerunt leonum ora extinxerũt
uirtutem ignis effugauerunt aciem gladii conualuerũt
de infirmitate fortes qui non comitatu & legionibus
ſuccinti communem cum multis uictoriam ſed nuda uir
tute animi ſingularem de perfidis retulerũt triũphum
Quã inſuperabilis daniel qui circa latera ſua rugientes
non expauit leones : Fremebãt beſtiæ & ille epulabat̃.
Non igitur in uiribus corporis & lacertis tãtummodo
fortitudinis gloria eſt ſed magis in uirtute animi. Ne-
que in inferenda ſed depellenda iniuria lex uirtutis eſt:
Qui enim non repellit a ſocio iniuriam ſi poteſt tam ẽ
in uicio quam ille qui facit : Vnde ſanctus moyſes hinc
prius orſus eſt temptamenta bellicæ fortitudinis : Nã
cum uidiſſet hebreum ab ægyptio iniuriam accipiẽtem
defendit ita ut ægyptium ſterneret atque in harena ab
ſconderet. Salomon quoque ait Eripe eum qui ducitur
ad mortem. Vnde igit̃ hoc uel tullius uel etiã panetius

aut ipe aristoteles trãstulerit apertum ẽ satis quãq̃ etiã his duobus antiquior dixerit iob saluum feci paupem de manu potentis & pupillum cui adiutor non erat ad iuui Benedictio perituri in me ueniebat. Non ne hic fortissimus qui tam fortiter pertulit impetus diaboli & uicit eum uirtute mentis suæ? Neque uero de eius dubi tandũ fortitudĩe cui dicit dõinus Accĩge sicut uir lũbos tuos suscipe altitudinem & uirtutem omnem autem in-iuriosum humiliato. Apostolus quoque ait Habetis fortissimã consolationẽ. Est ergo fortis q se ĩ dolore cõ solatur. Et re uera iure ea fortitudo uocatur quando unusquisque se ipm ꝑter christũ uincit iram cõtinet nul lis illecebris emolitur atque ĩflectitur non aduersis per turbatur non extollitur secnndis & quasi uento quodã uariarum rerum circumfertur mutatione. Quid autem excelsius & magnificentius quam exercere mentem af ficere carnem & in seruitutem redigere ut obediat im-perio consiliis ob temperet ut in adeũdis laboribus im pigre exequatur ꝓpositum animi ac uoluntatem? Hæc igit̃ prima uis fortitudinis quoniam in duobus generi-bus fortitudo spectatur animi Primo ut externa corpo ris pro minimis habeat & quasi supflua despiciẽda ma gis quam expetenda ducat Secundo ut ea quæ sum ma sunt omnes que res in quibus honestas & illud idẽ decorum præponendum cernitur præclara animi inten tione usque ad effectum prosequatur. Quid enim tam præclarum quam ut ita animum informes tuum ut ne-que diuitias neque uoluptates neque honores ĩ maxĩis

64

conſtituas neque in his ſtudium omne conteras: qui cũ ita affectus animo fueris neceſſe eſt ut illud honeſtũ ac decorum præponendum putes illi que mentem ita intẽdas tuam ut quidquid acciderit quo frangi animi ſolent aut patrimonii amiſſio aut honoris imminutio aut obtrectatio infidelium quaſi ſuperior non ſentias: Deĩde ut te ſalutis ipſius pericula pro iuſticia ſuſcepta non moueant. Hæc uera fortitudo eſt quã habet chriſti athleta qui niſi legitime certauerit non coronabitur. An mediocre tibi uidet̃ præceptum fortitudinis? Tribulatio patientiam operatur patientia probationem probatio autẽ ſpem: Vide quot certamina & una corona Quod præceptum non dat niſi qui eſt confortatus in chriſto ieſu cuius caro requiem non habebat A flictio undique foris pugnæ intus timores: Et quamuis in periculis in laboribus plurimis in carceribus in mortibus poſitus animo tamen non frangebatur ſed præliabatur adeo ut potentior ſuis fieret infirmitatibus. Itaque conſidera quem ad modũ eos qui ad officia eccleſiæ accedũt deſpicientiam rerum humanarum habere debere doceat: Si ergo mortui eſtis cum chriſto ab elementis huius mundi quid adhuc uelut uiuentes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis ne attaminaueritis ne guſtaueritis quæ ſunt omnia ad corruptelam ipſo uſu Et infra Si ergo cõſurrexiſtis cũ chriſto quæ ſurſum ſunt quærite Et iteℜ: Mortificate membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram Et hæc quidem adhuc omnibus fidelibus: tibi autem fili contemptum diuitiarum profanarum quoqꝫ & aniliũ

fabularum ſuadet declinationem nihil permittens niſi quod te exerceat ad pietatem quia corporalis exerci tātio nulli rei uſus eſt pietas autem ad omnia utilis Ex erceat ergo te pietas ad iuſticiam cōtinentiam manſue tudinē ut fugias iuuenilia opa confirmatus & radicatus in gratia bonum fidei ſubeas certamen non te implices negociis ſecularibus quoniā deo militas Et .n. ſi ii qui imperatori militant a ſuſceptionibus litium actu negoci orum forenſium uenditione mercium prohibentur humanis legibus: quāto magis qui fidei exercet militiā ab omni uſu negotiationis abſtinere debet agelluli ſui contentus fructibus ſi habeat & ſi non habet ſtipēdiorꝝ ſuorum fructu: Si quidem bonus teſtis eſt qui dicat Iu uenis fui & ſenui & nō uidi iuſtum derelictum nec ſemē eius quærens panem. Ea eſt euim tranquillitas animi & temperantia quæ neque ſtudio qnærēdi afficit̃ neqꝫ egeſtatis metu angitur Ea eſt etiam quæ dicit̃ uacuitas animi ab āguoribus ut neqꝫ ī doloribus moliores ſimus neque in proſperis elatiores Quod ſi ii qui ad capeſſen dam rem publicam adhortantur aliquos hæc præcepta dāt quanto magis nos qui ad officiū eccleſiæ uocamur talia debemus agere quæ placeant deo ut prætendatur in nobis uirtus chriſti & ita ſimus noſtro probati impe ratori ut membra noſtra arma iuſticiæ ſint arma non carnalia ī quibus peccatum regnet ſed arma fortia deo quibus peccatum deſtruatur Moriatur caro noſtra ut in ea omnis culpa moriatur & quaſi ex mortuis uiuen tes nouis reſurgamus operibus ac moribus: Hæc ſunt

65

plena honesti & decori officii stipendia fortitudinis.
Sed quia in omnibus quæ agimus non solum quid honestum sed etiam quid possibile sit quærimus ne forte aggrediamur aliquid quod non possimus exequi unde nos tempore persecutionis de ciuitate in ciuitatē concedere imo ut uerbo ipo utar fugere uult dominus Ne temere aliquis dū martyrii desiderat gloriā offerat se periculis quæ fortasse caro infirmior aut remissior animus ferre ac tolerare non queat: Nec rursus proter ignauiam cedere quis ac deserere fidem debet metu periculi. Qua gratia præparandus est animus exercenda mens stabilienda ad cōstantiam ut nullis perturbari animus possit terroribus nullis frangi molestiis nullis suppliciis cædere quæ difficile quidem sustinent Sed quia omnia supplicia grauiorum suppliciorum uincuntur formidine Ideo si consilio firmes animū tuū nec a ratione discedendum putes & præponas diuini iudicii metum perpetui supplicii tormenta potes animi subire tolerantiam. Hoc igitur diligentiæ est ut quis ita se comparet: Illud ingenii si quis potest uigore mentis præuidere que futura sunt & tanquam ante oculos locare quid possit accidere & quid agere debeat si ita acciderit definire interdum duo & tria simul uoluere animo quæ coniiciat aut singula aut coniuncta accidere posse & aut singulis aut cōiunctis disponere actus quos intelligat pro futuros. Fortis ergo est uiri non dissimulare cum aliquid immineat sed prætendere & tanquam explorare de speccula q̄dā mētis & obuiare cogitatiōe

prouida rebus futuris ne forte dicat postea ideo in ista incidi quia non arbitrabar posse euenire. Denique nisi exploretur aduersa cito occupant. Vt in bello improuisus hostis uix sustinetur & si imparatos inueniat facile opprimit ita animum mala inexplorata plus frangunt. In his igitur duobus illa est animi excellentia ut primum animus tuus bonis exercitatus cogitationibus mūdo corde quod uerum & honestum est uideat beati enim mundo corde quia ipsi etiam deum uidebunt: Atque id quod honestum est solum bonum iudicet: deīde nullis perturbetur occupationibus nullis cupiditatibus fluctuet. Neq; uero id facile quisquam faciet: Quid enim tam difficile quam despicere tanquam ex arce aliqua sapientiæ opes aliaque omnia quæ plerisque uidentur magna & præcelsa? Deinde ut iudicium tuum stabili ratione confirmes & quæ iudicaueris leuia tanquam nihil profutura contemnas: deinde ut si quid acciderit aduersi idque graue & acerbum putetur ita feras ut nihil præter naturam accidisse putes cum legeris nudus sum natus nudus exibo quæ dominus dedit dominus abstulit & utique ille & filios amiserat & facultates: seruesque in omnibus personam sapientis & iusti sicut ille seruauit qui ait sicut domino placuit ita factum est sit nomen domini benedictum & infra sicut una insipientium mulierum locuta es Si bona suscepimus de manu domini quæ mala sunt non sustineamus? Non est igitur mediocris nec discreta a cæteris animi fortitudo quæ nō solum bellum cum uirtutibus gerat

sed quæ sola defendat ornamenta uirtutum omnium & iudicia custodiat & que inexpiabili prælio aduersus omnia uicia decernat Inuicta ad labores fortis ad pericula rigidior aduersus uoluptates dura aduersus illecebras quibus aurem deferre nesciat nec ut dicitur aue dicat pecuniam negligat auariciam fugiat tanquam labem quandam quæ uirtutem effœminet : Nihil enĩ tam contrarium fortitudini quam lucro uinci Frequẽter pulsis hostibus & inclinata in fugam aduersariorũ acie dum exuuiis cæsorum capitur præliator ĩter ĩpos quos strauit miserandus occubuit & triumphis suis deiectæ legiones dum spoliis occupantur hostem in se reuocarunt qui fugerat. Fortitudo igitur tam immanem pestem repellat & proterat nec temptetur cupiditatibus nec frangatur metu : quia uirtus sibi constat ut fortiter omnia persequatur uicia tanquam uirtutis uenena : Iracundiã uelut quibusdam propulset armis quæ tollat consilium & tanquam ægriditudinem uitet: Gloriæ quoque caueat appetentiam quæ frequenter nocuit immoderatius expetita semper autem usurpata Quid horum sancto iob uel in uirtute defuit uel in uicio obrepsit Quomodo laborem ægritudinis frigoris famis ptulit quomodo despexit salutis periculũ? Nunquid rapinis diuitiæ coarceruate de quibus tanta inopibus afluebant ? Nnnquid auariciam census aut uoluptatis studia cupiditates que excitauit ? Nunquid trium regum iniuriosa contentio uel seruorum contumelia in iram excussit ? Nunquid gloria sicut

leuem extulit qui imprecabatur grauia sibi si unquam uel nõ uolũtariam celauerit culpam uel reueritus esset multitudinem plebis quo minus ãnunciaret eam in conspectu omniũ Neque enim consentaneæ sunt uiciis uirtutes sed sibi constant Quis igitur tam fortis quam sanctus iob ? Cui secundus adiudicari potest qui parem uix repperit Sed fortasse aliquos bellica defixos gloria tenet ut putent solam esse præliarem fortitudinem & ideo me ad hæc deflexisse quia illa nostris deforet Quam fortis iesus naue ut uno prælio quinque reges captos sterneret cum populis suis ? Deinde cum aduersum gabaonitas surgeret præliũ & uereretur ne nox impediret uictoriam magnitudine mentis & fidei clamauit stet sol & stetit donec uictoria consumaretur . Gedeon in trecentis uiris de ingenti populo & acerbo hoste triumphum reuexit Ionathas adulescens uirtutem fecit in magno prælio : Quid de machabeis loquar ? Sed prius de populo dicam patrum qui cum essent parati ad repugnandum pro templo dei & pro legitimis suis dolo hostium die lacessiti sabbati maluerunt uulneribus offerre nuda corpora quam repugnare ne uiolarent sabbatum : Itaque omnes leti se morti obtulerunt : Sed machabei considerantes quod hoc exemplo gens omnis posset perire sabbato etiam ipsi cum ĩ bellum prouocarentur ulti sunt innocentium necem fratrum suorum . Vnde postea stimulatus rex antiochus cum bellum accenderet per duces suos lisiam nicanorem gorgiam ita

cum orientalibus suis & assyriis attritus est copiis ut quadraginta & octo milia in medio campi a tribus mi libus prosternerētur. Virtutem ducis iudæ machabei de uno eius milite considerate: Nam eleæzarus cum supereminentem cæteris elephantum lorica uestitum regia aduerteret arbitratus quod in eo rex esset cursu concitus in medium legionis se proripuit & abiecto clipeo utraque manu interficiebat bestiam atque in trauit sub eam & subiecto gladio interemit eam: Itaque cadens bestia oppressit eleazarum atque ita mortuus est. Quanta igitur uirtus animi? Primo ut mortem non timeret: deinde ut circumfusus legionibus inimicorum in confertos raperetur hostes medium penetraret agmen & contempta morte ferocior abiecto clipeo utraque manu uulnerare molem bestiæ subiret ac sustineret: Post intra ipsam succederet quo pleniore feriret ictu: Cuius ruina inclusus magis quā oppressus suo est sepultus triumpho nec fefellit opinio uirum quamuis regius fefellerit habitus. Tanto enim uirtutis spectaculo defixi hostes inermem occupatum incursare non ausi post casum ruentis bestiæ sic treppidauerunt ut impares se omnes unius uirtuti arbitraremur. Denique rex antiochus lysiæ filius qui cum centum uiginti hominum milibus armatus uenerat & cum triginta duobus elephantis ita ut ab ortu solis persingulas bestias uelut montes quidam armorum corusco tanquam lampadibns

ardentibus refulgerent : unius territus fortitudine pacem rogauit: Itaque eleazarus hæredem uirtutis sue pacem reliquit sed hæc triumphorum sint. Verum quia fortitudo non solum secundis rebus sed etiam aduersis probatur spectemus nunc iudæ machabei ex itum : Is enim post uictum nicanorem regis demetrii ducem securior aduersus uiginti millia exercitus regis cum nongentis uiris bellum adorsus uolentibus his cedere ne multitudine opprimerentur gloriosam ma gis mortem quam turpem fugam suasit ne crimen inquit nostre relinquamus gloriæ : Itaque commisso prælio cum a primo ortu diei in uesperam dimicaret dextrum cornu in quo ualidissimam manum aduertit hostium adgressus facile auertit Sed dum fugientes sequitur atergo uulneri locum præbuit: ita gloriosiorē triumphis locum mortis inuenit Quid ionathan fratrem eius adtexam qui cum parua manu aduersus exercitus regios pugnans desertus a suis & cum duo bus tantum relictus reparauit bellum auertit hostem fugitantes suos ad societatem reuocauit triumphi: Habes fortitudinem bellicam in qua non mediocris honesti ac decori forma est quod mortem seruituti præferat ac turpitudini. Quid autem de martirum dicā passionibus: Et ne longius euagemur non minorē de superbo rege antiocho machabei pueri reuexerūt triūphum quam parentes ꝓprii Si quidem illi armati isti sine armis uicerunt Stetit inuicta septem puerorum choors regis cincta legionibus defecerunt supplicia

cesserunt tortores non defecerunt martyres : Alius corium capitis exutus speciem mutauerat uirtutem auxerat : Alius linguam iussus ad amputandum promere respondit : Non solos dominus audit loquentes qui audiebat moysen tacentem : Plus audit tacitas cogitationes suorum quam uoces omnium . Linguæ flagellum times flagellum sanguinis non times ? Habet & sanguis uocem suam qua clamat ad dominum sicut clamauit in abel : Quid de matre loquar que expectabat leta filiorum quot funera tot trophea & morientium uocibus tanquam psallentium cantibus delectabatur pulcherrimam uentris sui citharam in filiis cernens & pietatis armoniam omni lyræ numero dulciorem Quid de bimulis loquar qui ãte palmam uictoriæ acceperũt quam sensum naturæ ? Quid de sancta agne loquar que in duarum rerum posita maximarum periculo castitatis & salutis castitatem protexit salutem cũ immortalitate commutauit ? Non prætereamus etiam sanctum laurentium qui cum uideret xistum episcopũ suum ad martyriũ duci flere cepit nõ passionẽ illius sed suam remansionẽ : Itaq; his uerbis eũ appellare cœpit Quo progrederis sine filio pater quo sacerdos sancte sine diacono ꝓperas tuo Nũq̃ sacrificiũ sine ministro offerre cõsueueras : Quid in me ergo displicuit pater ? Num degenerem ꝓbasti ? Experire certe utrũ idoneũ ministrum elegeris ? Cui commisisti dominici sanguinis consecrationẽ cui consumandorum consortium sacramentorum Huic sanguinis tui consortium negas ?

Vide ne periclitetur iudicium tuum dum fortitudo laudat᷑ Abiectio discipuli detrimentum est magistri. Quid quod illustrius præstantes uiri discipulorum cer taminibus quam suis uincunt? Denique abraam filium obtulit petrus stephanum præmisit Et tu pater ostēde in filio tuo uirtutem tuam offer quē erudisti ut securus udicii tui comitatu nobili peruenias ad coronam: Tūc xistus ait Nō ego te desero fili ac derelinquo sed maio ra tibi debentur certamina Nos quasi senes leuioris pugnæ cursum recepimus te quasi iuuenem manet glo riosior de tyrāno triumphus Mox uenies flere desiste post triduum me sequeris Inter sacerdotem & leuitam hic medius numerus decet. Non erat tuum sub magi stro uicere quasi adiutorem quæreres Quid corsortiū passionis meæ expetis? Totam tibi hæreditatem eius dimitto Quid præsentiam meam requiris? Infirmi di scipuli magistrum præcedant fortes sequantur ut uicāt sine magistro qui iam non indigent magisterio: Sic & helias heliseū reliquit & uirtutē non abstulit: Tibi ergo mādo nostræ uirtutis successiōem: Talis erat contentio digna sane de qua certarent sacerdos & minister quis prior pateretur pro christi nomine. In fabulis ferunt tragicis excitatos theatri magnos esse plausus cum se pylades horesten diceret horestes ut erat horesten se ēē asseueraret ille ut ꝓ horeste necaret᷑ horestes ne py ladē ꝓ se pateret᷑ necari sed illis nō licebat uiuere q̄ ut q; esset paricidii reus alter q fecisset alter q adiuuisset Hic laurētiū sāctū ad hoc nullus urgebat nisi amor deuotiōis

Tamen & ipſe poſt triduum cum illuſo tyranno impoſitus ſuper craticulam exureretur aſſum eſt īquit uerſa & manduca Ita uirtute animi uincebat ignis naturam. Cauendum etiam reor ne dum aliqui nimia gloriæ ducuntur cupiditate inſolentius abutantur poteſtatibus & plerunque auerſos a nobis animos gentiliū in ſtudia perſecutionis excitent atque inflamment ad iracundiā: Itaque ut illi perſeuerare poſſint & ſupplicia uincere quātos perire faciunt: Proſpiciendum etiam ne adulantibus aperiamus aurem Emoliri enim adulatione non ſolum fortitudinis non eſſe ſed etiam ignauiæ uidetur.

CAP. XX. DE TEMPERANTIA QVARTO FONTE OFFICII.

QVoniam de tribus uirtutibus diximns reſtat ut de quarta uirtute dicamus quæ temperātia ac modeſtia uocatur in qua maxime tranquillitas animi ſtudium manſuetudinis moderatiōis gratia honeſti cura decoris conſideratio ſpectatur & quærit. Ordo igit quidam uitæ nobis tenendus eſt ut a uerecūdia prima quædam fuudamenta ducantur quæ ſocia ac familiaris eſt mētis placiditati ꝓteruiā fugitans ab ōni aliena luxu ſobrietatem diligit honeſtatem fouet decorum illud requirit: Sequatur conuerſationis electio ut adiūgamur probatiſſimis quibuſq; ſeniortbus: Nāq; ut æqualium uſus dulcior ita ſenum tutior eſt qui magiſterio quodā & ductu uitæ colorat mores adoleſcētiū &

uelut murice probitatis inficit Namque si ii qui sunt ignari locorum cum solertibus uiarum iter adoriri gestiunt quanto magis adulescentes cum senibus debent nouum sibi iter uitæ aggredi quo minus errare possint & a uero tramite uirtutis deflectere Nihil enī pulchrius quam eosdem & magistros uitæ & testes habere.

Quærendum etiam in omni actu quid personis temporibus conueniat atque ætatibus quid etiam singulorum ingeniis sit accomodum Sepe enim quod alterū decet alterum non decet Aliud iuueni aptum aliud seni aliud in periculis aliud rebus secundis Saltauit ante arcam domini dauid nō saltauit samuel Nec ille repræhensus sed magis iste laudatus Mutauit uultum contra regem cui nomē achis At hoc si remota fecisset formidīe quo minus cognosceretur nequaquam leuitatis repræhensione carere potuisset Saul quoque uallatus coro prophetaꝝ etiam ipse prophetauit & de solo quasi indigno memoratum est & saul inter prophetas. Vnusquisque igitur suum ingenium nouerit & ad id se applicet quod sibi aptum elegerit Itaque prius quid sequatur conside ret Non solum nouerit bona sua sed etiam uicia cogno scat æqualemque se iudicem sui præbeat ut bonis intendat uicia declinet Alius distinguēdæ lectioni aptior alius psalmo gratior alius exorcizandis qui malo laborant spiriritu sollicitior alius sacrario opportunior habetur Hæc omnia spectat sacerdos & quid cuique congruat id officii deputet: Ad quod enim unūquenque suum ducit ingenium aut quod officium

decet id maiore impletur gratia. Sed id cum in omni uita difficile sit tum ĩ nostro actu difficillimũ est: Amat enim unusquisque seq uitam parentum. Denique plerique ad militiam feruntur quorum militauerunt parẽtes alii ad actiones diuersas. In ecclesiastico uero officio nihil rarius inuenias quam eum qui sequatur institutũ patris uel quia grauis deterret actus uel quia in lubrica ætate difficilior abstinentia uel quia alacri adulescentiæ uidetur uita maiorũ obscurior. Et ideo ad ea conuertũtur studia quæ plausibiliora arbitrantur præsentia quippe plures qnã futura peæferunt Illi autem præsentibus nos futuris militamus Vnde quo præstantior causa eo debet esse cura attentior. Teneamus igitur uerecundiã & eam quæ totius uitæ ornatum attollit, modestiam: Nõ enim mediocre est rebus singulis modum seruare atque ĩpartire ordinem ĩ quo uere prælucet illud quod decorum dicit' quod ita cũ honesto iũgitur' ut separari non queat Si quidẽ & quod decet honestũ est & quod honestum est decet ut magis in sermone distinctio sit quam in uirtute discretio. Differre enim ea inter se intelligi potẽ explicacari nõ potest. Et ut conemur aliqd eruere distinctionis honestas uelut bona ualitudo est & quædam salubritas corporis decus autem tanquam uenustas & pulchritndo. Sicut ergo pulchritudo supra salubritatem ac ualitudinem uidetur excellere & tamen sine his esse non potest neque ullo separari modo quoniam nisi bona ualitudo sit pulchritudo esse ac uenustas non potest: sic honestas decorum illud in se continet ut

ab ea profectum uideatur & sine ea esse nō possit uelut salubritas. Igit͛ tocius operis actusque nostri honestas est & sicut species est decorum quod cum honestate cō fusum opinione distinguit͛ Nam & si in aliquo uideatur excellere tamen in radice est honestatis sed flore præci puo ut sine ea decidat ī ea floreat Quid ē .n. honestas nisi quæ turpitudinem q̄si mortem fugiat͛ Quid uero inhonestum nisi quod ariditatem ac mortem afferat ui renti͛ Igitur substantia uirtutis decorum illud tanquā flos emicat quia radix salua est. At uero propositi no stri radice uiciosa nihil germinat habes hoc in nostris aliquāto expressius Dicit enim dauid Dominus regna uit decorē induit Et apostolus ait Sic ut in die honeste ambulate Quod græci dicunt euschemos hoc autem proprie significat bona habitudo bona species Deus er go primum hominem cum conderet bona habitudine bona membrorum compositione formauit & optimam ei speciem dedit remissionem non dederat peccatorum sed posteaquam renouauit eum spiritu & infudit ei gratiam qui uenerat in serui forma & hominis specie as sumpsit decorem redemptiōis humanæ & ideo dixit ꝓ pheta dominus regnauit decorem induit Deinde alibi dicit Te decet hymnus deus in sion Hoc est dicere ho nestum est ut te timeamus te diligamus te precemur te honorificemus. Scriptum est enim Omnia uestra honeste fiant Sed possumus & hominē timere diligere rogare honorare Hymnus specialiter deo dicit͛ hoc tā q̄ excellētius cæteris credere ē decoꝝ quod deferimus

deo. Mulierẽ quoque in habitu ornato orare cõuenit ſed ſpetialiter eam decet orare uelatam & orare promittentem caſtitatem cum bona conuerſatione. Eſt igitur decorum quod præminet cuius diuiſio gemina eſt Nam eſt decorum quaſi generale quod per uniuerſitatem funditur honeſtatis & quaſi in toto ſpectatur corpore. Eſt etiã ſpeciale quod in parte aliqua enitet. Illud generale ita eſt ac ſi æquabilem formam atque uniuerſitatem honeſtatis in omni actu ſuo habeat continentem cum omnis ſibi eius uita conſentit nec in illo aliqua re diſcrepat. Hoc ſpeciale cum aliquem actum in ſuis habet uirtutibus præminentem. Simul illud aduerte quod & decorum eſt ſecundum naturam uiuere ſecundum naturam degere & turpe eſt quod ſit cõtra naturam Ait enim apoſtolus quaſi interrogans decet mulierem non uelatam orare deum? Nec ipſa natura docet nos? quod uir quidem ſi comam nutriat ignominia eſt illi quoniam cõtra naturam eſt. Et iterum dicit Mulier uero ſi capillos habeat gloria eſt illi Eſt enim ſecundum naturam quoniam quidem capilli pro uelamine ſunt Hoc eſt enim naturale uelamen. Perſonã igitur & ſpeciem nobis nattura ipſa diſpenſat quam ſeruare debemus Vti namque & innocentiam eius cuſtodire poſſemus nec acceptã noſtra mutaret malicia. Habes hũc decorem generalem quia fecit deus mũdi iſtius pulchritudinem: Habes & per partes quia cum faceret deus lucem & diem noctem que diſtingueret cum conderet cœlum cum terras & maria ſepararet cũ

solem & lunam & stellas constitueret lucere sup terrā probauit singula. Ergo decorum hoc quod in singulis mundi partibus elucebat in uniuersitate resplenduit Sicut probat sapientia dicens Ego eram cui applaudebat cum letaretur orbe perfecto. Similiter ergo & in fabrica humani corporis grata est uniuscuiusq; mēbri portio sed plus ī commune compositio membrorꝝ apta delectat quod ita sibi quadrare & conuenire uideantur. Si quis igitur æquabilitatem uniuersæ uitæ & singularum actionum modos seruat ordinem quoque & constantiam dictorum atque operum moderationē que custodiat in eius uita decorum illud excellit & q̄si in quodam speculo elucet. Accedat tamen suauis sermo ut conciliet sibi affectum audiētium gratumque se uel familiaribus uel ciuibus uel si fieri potest omnibus præbeat neque adulātem se neque adulandum cuiquā exhibeat Alterū enim calliditatis est uanitatis alterꝝ. Non despiciat quid de se unusquisque & maxime uir optimus sentiat: hoc enim modo discit bonis deferre reuerentiam: Nam negligere bonorum iudicia uel arrogantiæ uel dissolutiōis est quorum alterum superbiæ ascribitur alterum negligentiæ. Caueat etiam motus animi sui Ipse enim sibi & obseruandus & circumspiciendus est & ut aduersum se cauendus ita etiam de se tuēdus: Sūt enim motus in quibus est appetitus ille qui quasi quodam prorumpit impetu Vnde græce horme dicitur quod in quadam se repente proripiat Non mediocris in his uis quedā est animi atq; naturæ

est. Quæ tamen uis gemina est una in appetitu altera in ratione posita quæ appetitum refrenet & sibi obedientem præstet & ducat quo uelit & tanquam sedulo magisterio edoceat quid fieri quid euitari oporteat ut bonæ domitrici obtēperet. Solliciti enī debemus esse ne quid temere aut incuriose geramus aut quidquam omnino cuius probabilem nō possimus rationem reddere. Actus enim nostri causa & si non omnibus redditur tamen ab ōnibus examinat᷑: Nec uero habemus in quo possimus nos excusare nam & si uis quædam naturæ in omni appetitu sit tamen idē appetitus ratiōi subiectus est lege naturæ ipsius & obedit ei Vnde boni speculatoris est ita prætendere animo ut appetitus neque præcurrat rationē neque deserat ne præcurrendo perturbet atque excludat eamq; deserendo destituat. Perturbatio tollit constantiam destitutio prodit ignauiam accusat pigriciam: Perturbata enim mēte latius se ac longius fundit appetitus & tanquam efferato impetu frenos rationis non suscipit nec ulla sentit aurigæ moderamina quibus possit reflecti: Vnde plerunque non solum animus exagitat᷑ & amittitur ratio sed etiā inflammatur uultus uel iracundia uel libidine pallescit timore uoluptate se non capit & nimia gestit letitia. Hæc cum fiunt abiicitur illa naturalis quædam censura grauitasque morum nec teneri potest illa quæ ī rebus gerendis atque consiliis sola potest auctoritatem suam atque ad illud quod deceat tenere cōstantiā. Grauior autem appetitus ex indignatione nimia nascitur quam

accepte plerunque accendit iiuriæ dolor De quo satis nos psalmi quem in præfatione posuimus præcepta in struūt. Pulchre aūt & hoc accidit ut scrpturi de officiis ea præfationis nostre assertione uteremur quæ & ipsa ad officii magisterium pertineret. Sed quia supra ut oportebat perstrinximus quem ad modum unusquisque cauere possit ne excitetur accepta iniuria uerentes ne prolixior præfatio fieret nunc de eo uberius dispu tandum arbitror: Locus enim opportunus est ut in partibus temperātiæ dicamus quem ad modum repri mat iracūdia. Tria itaque genera esse hominū iniuriā accipientiū in scripturis diuinis demonstrare uolumus si possumus: Vnum est eorum in quibus peccator in sultat conuiciatur inquietat. His quia deest iusticia pudor crescit augetur dolor: Horum similes plurimi de meo ordine de meo numero: Nam mihi īfirmo si quis iniuriam faciat forsitan licet infirmus donem iniuriam meam si crimen obiiciat nō sum tantus ut sim cōtentus conscientia mea etiam si me eius obiectu alienū noueri sed cupio abluere ingenium pudoris notam tanquam infirmus. Ergo oculum pro oculo & dentem ꝓ dente exigo & conuicium conuicio rependo: Si uero is sum qui proficiam & si nondū pfectus non retorqueo cōtu meliam Et si influat ille conuicium & inundet aures meas contumeliis ego taceo & nihil respōdeo: Si uero perfectus sim uerbi gratia loquar Nam ueritate infirmus sū Si ergo pfectus sim benedico maledicentē sicut benedicebat & paulus q ait maledicimur & benedicius

Audierat enim dicentem Diligite inimicos uestros
orate pro calumniantibus & persequētibus uos Ideo
autem paulus persecutiōem patieabatur & sustinebat
quia uincebat & mitigabat humanum affectum propo
sitæ mercedis gratia ut filius dei fieret si dilexisset ini-
micum. Tamen & sanctū dauid in hoc quoque genere
uirtutis imparem paulo non fuisse edocere possumus
qui primo quidem cum malediceret ei filius semei &
crimīa obiiceret tacebat & humiliabat & silebat abonis
suis hoc est bonorum operum conscientia Deinde ex-
petebat uerba maledicētis sibi qa maledicto illo diuinā
adquirebat misericordiam. Vide autem quo modo &
humilitatem & iusticiam & prudentiam emerende a
domīo gratiæ reseruauerit: Primo dixit ideo maledicit
mihi quia dominus dixit illi ut maledicat Habes humi-
litatem quia ea quæ diuinitus imperātur æquanimiter
quasi seruulus ferenda arbitrabatur: Iterum dixit Ecce
filius meus qui exiuit de uentre meo quærit animam
meam Habes iusticiam Si enim a nostris grauiora pa
timur cur indigne ferimus que inferuntur ab alienis?
Tertio ait Dimitte illum ut maledicat quoniam dixit
illi dominus ut uideat humiliationem meā & retribuat
mihi benedictionem dominus pro maledicto hoc. Nec
solum conuiciantem pertulit sed etiam lapidantem &
sequētem illesum reliquit : quin etiam post uictoriam
petēti ueniam libenter ignouit: Quod ideo inserui ut
euangelico spiritu sanctum dauid non solum inoffensū
sed etiā gratum fuisse docerem cōuicianti & delectatū

potius quam exasperatū iniuriis pro quibus mercedē
sibi reddendam arbitrabatur Sed tamen quamuis per
fectus adhuc perfectiora quærebat: Incalescebat iiuriæ
dolore quasi homo sed uincebat quasi bonus miles
tolerabat quasi athleta fortis. Patientiæ autem finis
promissorum expectatio & ideo dicebat Notum mihi
fac domine finem meum & numerum dierum meorū
quis est ut sciam quid desit mihi: Finem illum quærit
promissorum cœlestium uel illum quando unusquisq;
surget in suo ordine: primitiæ christus: deinde hi qui
sunt christi qui in aduentum eius crediderunt deinde
finis: Tradito enim regno deo & patri & euacuatis
omnibus potestatibus ut apostolus ait perfectio inci-
pit. Hic ergo impedimentū hic infirmitas etiam per-
fectorum illic plena perfectio: Ideo & dies illos requi
rit uitæ æternæ qui sunt non qui prætereunt ut cogno
scat qd sibi desit quæ terra sit repromissionis ꝑpetuos
fructus ferens quæ prima apud patrem mansio quæ
secunda & tertia in quibus pro ratione meritorū unus
quisque requiescet. Illa igitur nobis expetenda sunt
in quibus perfectio in quibus ueritas est. Hæc ūbra
hic imago illic ueritas: Vmbra in lege imago in euan
gelio ueritas in cœlestibus. Ante agnus offerebatur
offerebatur uitulus nunc christus offertur: Sed offert̄
quasi homo quasi recipiens passionem: & offert se ipē
quasi sacerdos ut peccata nostra dimittat: hic in ima
gine ibi in ueritate ubi apud patrem pro nobis quasi
aduocatus interuenit. Hic ergo in imagine āmbulamus

in imagine uidemus : illic facie ad faciem ubi plenā perfectio quia perfectio omnis in ueritate est. Ergo dum hic sumus seruemus imaginem ut ibi pueniamus ad ueritatē. Sit in nobis imago iusticiæ sit imago sapientiæ quia uenietur ad illum diem & secundum imaginem æstimabimur. Non inueniat in te aduersarius imaginē suam nō rabiem non furorem in his enim imago nequiciæ est : Aduersarius enim diabolus sicut leo rugiens querit quem deuoret : non inueniat auri cupiditatem non argenti aceruos non uiciorum simulacra ne auferat tibi uocem libertatis Vox enim libertatis illa est ut dicas ueniet huius mundi princeps & in me inueniet nihil: Itaque si securus es quod nihil in te inueniat cum uenerit perscrutare dicēs illud quod dixit ad laban iacob patriarcha Cognosce si quid tuorum est apud me : Merito beatus iacob apud quem nihil laban suum potuit reperire: Absconderat enim rachel simulacra deorum eius aurea & argentea. Itaque si sapientia si fides si contemptus seculi si gratia tua abscondat omnē perfidiam beatus eris quia nō respicis in uanitates & insanias falsas. An mediocre est tollere uocem aduersario ut arguendi te non possit habere auctoritatem Itaque qui non respicit in uanitates non cōturbatur: qui enim respicit conturbatur Et uanissime quidem. Quid est enim congregare opes nisi uanum quia caduca quærere uanum est satis : cum autem congregaueris quid scias an possidere liceat tibi? Non ne uanū est ut mercator noctibus ac diebus conficiat iter quo

aggregare possit thesauri aceruos ? merces congreget conturbetur ad precium ne forte minoris uendat quā emerit Acupetur locorum precia & subito aut latronis in se inuidiam famosæ negotiationis immensitas excitet Aut non expectatis serenioribus flatibus dum lucrum quærit naufragium impatiens moræ incidat ? An non conturbatur etiam ille uane qui summo labore coaceruat quod nesciat cui hæredi relinquat ? Sæpe quod auarus summa congesserit solicitudiue præcipitata effusione dilacerat hæres luxuriosus : & diu quæsita turpis elluo præsentium cœcus futuri improuidus quadam absorbet uoragine . Sæpe etiam speratus successor inuidiā partæ adquirit hæreditatis & celeri obitu extraneis aditæ successiōis transcribit compendia . Quid ergo uane araneā texis quæ inanis & sine fructu est & tanquam casses suspendis inutiles diuitiarum copias : Quæ & si fluant nihil prosunt imo exuunt te imaginem dei & induunt terreni imaginem . Si tyrāni aliquis imaginem habeat non ne obnoxius est damnationi Tu deponis imaginem æterni imperatoris & erigis in te imaginem mortis Eiice magis de ciuitate animæ tuæ imaginem diaboli & attolle imaginem christi. Hæc in te fulgeat in tua ciuitate hoc est in anima tua resplendeat quæ obliterat uiciorum imagines de quibus ait dauid Domine in ciuitate tua ad nihilum deduces imagines eorum Cum .n. pinxerit ierusalem dominus ad imaginem suam tunc aduersariorum ōnis imago delebitur . Quod si euangelio domini etiam

apostolus ipse ad despicientiam opum informatus atque institutus est quanto magis uos leuitas oportet terrenis non teneri cupiditatibus quorum deus portio est. Nã cum diuideret a moyse possessio terrena populo patrum excepit leuitas dominus æternæ possessionis consortio quod ipse illis esset funiculus hæreditatis. Vnde ait dauid Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei Denique sic appellatur leuita ipse meus uel ipse pro me. Magnum ergo munus eius ut de eo dominus dicat ipse meus uel quem ad modum petro dixit de statere in ore piscis reperto dabis his ꝓ me & ꝓ te. Vnde & apostolus cum episcopum dixisset debere esse sobrium pudicum ornaum hospitalem docibilem non auarum nõ litigiosum domui suæ bene præpositũ addidit. Diaconos similiter oportet esse graues nõ bilingues nõ multo uino deditos nõ turpe lucrũ sectãtes habentes misteriũ fidei in cõscientia pura Et hi aũt ꝓbẽt primũ & sic ministrẽt nullũ crimẽ habẽtes. Aduertimus q̃nta in nobis reqrant ut abstinẽs sit a uino minister domini ut testimonio bono fulciat nõ solũ fideliũ sed etiã ab his qui foris sunt Decet. n. actuũ opumque nostroꝝ testẽ esse publicã existimationẽ ne derogetur muneri: Vt qui uidet ministrũ altaris congruis ornatũ uirtutibus auctorẽ prædicet & dominũ ueneret q tales seruulos habeat Laus. n. domini ubi mũda possessio & inocẽs familiæ disciplina. De castimonia aũt qd loq̃r: quando una tantum nec repetita permittitur copula & in ipso ergo coniugio lex est nõ iterare cõiugiũ nec

ſecundæ coniugis ſortiri coniunctionē Quod pleriſq; mirum uidetur cur etiam ante baptiſmum iterati coniugii ad electionem muneris & ordinationis prærogatiuam impedimenta generentur cum etiam delicta obeſſe non ſoleant ſi lauacri remiſſa fuerint ſacramento Sed intelligere debemus quia baptiſmo culpa dimitti poteſt lex aboleri non poteſt. In coniugio non culpa ſed lex eſt Quod culpæ eſt igit̃ in baptiſmate relaxatur quod legis eſt in coniugio non ſoluit̃. Quo modo autē poteſt hortator eſſe uiduitatis qui ipſe coniugia frequentauerit? Inoffenſum autem exhibendum eſſe & immaculatum miniſterium nec ullo coniugali coitu uiolandū cognoſcitis qui integri corpore incorrupto pudore alieni etiam ab ipſo conſortio coniugali ſacri miniſterii gratiam recepiſtis Quod eo non præterii quia in pleriſque abditioribus locis cum miniſterium ingererent uel etiam ſacerdotiū filios ſuſceperunt & id tanquam uſu ueteri defendunt quando per interualla dierum ſacrificium deferebatur & tamē caſtificabatnr etiam populus per biduum aut triduum ut ad ſacrificium purus accederet ut in ueteri teſtamento legimus & lauet ueſtimenta ſua: Si in figura tanta obſeruantia quanta in ueritate? diſce ſacerdos atque leuita quid ſit lauare ueſtimenta tua ut mundum corpus celebrandis exhibeas ſacramentis Si populus ſine ablutione ueſtimentorum ſuorū prohibebatur accedere ad hoſtiam ſuam: tu illotus mente pariter & corpore audes pro aliis ſupplicare audes aliis miniſtrare? Non

mediocre officium leuitarũ de quibus dicit dominus Ecce eligo leuitas de medio filiorũ israel pro omni primogenito aperiente uuluã in filius israel præcium redemptionis erunt isti & erũt mihil euitæ Mihi enim sanctificaui primogenitum in terra ægipti Cognouimus quia non inter cæteros leuitæ computantur sed omnibus præferuntur qui eliguntur ex omnibus & sanctificantur ut primogenita fructuũ atque primiciæ quæ domino deputantur in quibus est uotoruui solutio & redemptio peccatorum. Non accipies inquit eos inter filios israel & constitues leuitas super tabernaculum testimonii & super omnia uasa eius adstare & super ea quæcunque sunt in ipso: Ipsi tollant taber naculum & omnia uasa eius & ipsi ministrent in eo & in circuitu tabernaculi castra ipsi constituãt & promouendo castra tabernaculum ipsi deponant leuitæ & cõstituendo castra rursum ipsum tabarnaculum ipsi statuant: Alienigena quicunque accesserit morte moriatˀ. Tu ergo electus es ex omni numero filiorum israel ĩter sacros fructus quasi primogenitus extimatus præpositus tabernaculo ut prætendas in castris sanctitatis & fidei ad quæ si alienigena accesserit morte moriatur positus ut operias arcam testamenti. Non enim omnes uident alta misteriorum quia operiuntur a leuitis ne uideant qui uidere non debent & sumant qui seruare non possunt. Moyses denique circuncisionem uidit spiritalem sed operuit eam ut ĩ signo circũcisionẽ p̃scriberet Vidit & azima ueritatis & siceceritatis uidit

passionē domini Operuit azimis corporalibus azīa ueritatis opuit passionē dnī agni uel uituli imolatione Et boni leuitæ seruauerūt misterium fidei suæ tegmīe & tu mediocre putas quod commissum est tibi primū ut alta dei uideas quod est sapientiæ deinde ut excubias ꝓ populo deferas quod est iusticiæ castra defendas tabernaculū que tuearis quod est fortitudinis te ipm continētem ac sobriumpræstes quod est temperātiæ. Hæc uirtutum genera principalia constituerunt etiam hi qui foris sunt Sed communitatis superiorem ordinē quam sapientiæ iudicauerunt cum sapientia fundamentum sit iusticiæ opus sit quod manere non potest nisi fundamentum habeat fundāmentū autem christus est. Prima ergo fides quæ est sapientiæ ut salomon dicit secutus patrem initium sapientiæ timor domini Et lex dicit diliges dominum deum tuum diliges proximum tuum: pulchrū est enim ut gratiam tuam atque officia in societatem humani generis conferas. Sed primum illud decorum ut quod habes præciosissimum hoc est mentē tuam qua nihil habes præstantius deo deputes. Cū solueris auctori debitum licet ut opera tua ī beneficentiam & adiumenta hominum conferas atque opē feras necessitatibus aut pecunia aut officio aut etiam quocūque munere quod late patet ī nostro ministerio pecunia ut subuenias debito ut obligatū liberes officio ut seruanda suscipias quæ metuat amittere qui deponenda credidit. Officiū ē igitur depositum seruare ac reddere. Sed interdum cōmutatio fit aut tēpore aut

neceſſitate ut non ſit officium reddere quod acceperis ut ſi quis cõtra patriam opem barbaris ferens pecuniã apertus hoſtis repoſcat aut ſi cui reddas cum adſit qui extorqueat ſi furenti reſtituas cum ſeruare non queat ſi inſanienti gladium depoſitum non neges quo ſe ille interimat nonne ſoluiſſe contra officium eſt: ſi furto adquiſita ſciens ſuſcipias ut fraudetur qui amiſerat nõ ne contra officium eſt? Eſt etiam contra officium non nunquam promiſſum ſoluere ſacramẽtum cuſtodire ut herodes qui iurauit qnoniam quidquid petitus eſſet daret filiæ herodiadis & necem ioannis præſtitit ne ꝓmiſſum negaret. Nã de iepthe qd dicam qui imolauit filiam quæ ſibi uictori prima occurrerat quo uotum impleret quod ſpoponderat ut quidquid ſibi primum occurriſſet offerret deo melius fuerat nihil tale ꝓmittere quã promiſſum ſoluere patricidio. Hæc quanti ſit conſilii proſpicere non ignoratis. Et ideo eligatur leuita qui ſacrarium cuſtodiat ne fallatur conſilio ne fidem deſerat ne mortẽ timeat neqnid intemperãtius gerat ut ſpecie ipſa grauitatem præferat nec ſolum animum ſed etiam occulos cõtinentes habere quẽ deceat ne uel ipſe frontẽ ſobrietatis fortuitus uiolet occurſus quoniam qui uiderit mulierem ad concupiſcendũ eam iam adulterauit eam in corde ſuo. Ita adulterium non ſolum facti colluuione ſed etiam aſpectus intentione committitur. Magna hæc uidentur ac nimis ſeuera ſed in magno munere nõ ſuperflua quando tanta eſt leuitarũ gratia ut de his moyſes in benedictiõibus diceret

Date leui ueros eius date leui manifestos eius date le
ui sortem suffragii eius & ueritatem eius uiro sancto
quem temptauerunt in temptationibus maledixerunt
super aquã contradictiõis Qui dicit patri suo & matri
non noui te & fratres suos non cognouit & filios suos
abdicauit hic custodit uerba tua & testamentum tuum
obseruabit: Illi ergo ueri eius & manifesti eius q nihil
in corde doli habeant nihil fraudis occultent sed uerba
eius custodiant & in corde suo conferant sicut confere
bat & maria qui suos parentes officio suo non nouerĩt
præferendos qui uiolatores oderĩt castitatis pudiciciæ
ulciscantur iniuriam nouerint officiorũ tempora quod
maius quod minus sit quod cui aptum tempori est &
ut id solum sequantur quod honestum est. Sane ubi
duo honesta id quod honestius est præponendũ putẽt
hi iure benedicti. Si quis ergo manifestæ iusticias dei
incensum imponat benedic domine uirtutẽ ipsius opa
manuũ eius suscipe ut gratiã propheticæ benedictiõis
inueniat.

.FINIS LIBRI PRIMI.

PRINCIPIVM SECVNDI LIBRI.

SVperiore libro de officiis tractauimus quæ conuenire honestati arbitraremur in qua uitam beatam positam esse nulli dubitauerunt quam scriptura appellat uitam æternam. Tantus enim splendor honestatis est ut uitam beatam efficiat tranquilitas cō- scientiæ & securitas innocentiæ: Et ideo sicut exortus sol lune globum & cætera stellarum abscondit lumina Ita fulgor honestatis ubi uero & incorrupto uibrat de core cætera quæ putanturbona secundum uoluptatem corporis aut secundū seculū clara & illustria obūbrat. Beata plane quæ nō alienis exstimatur iudiciis sed do mesticis percipitur sensibus tanquam sui iudex: Neq; enim populares opiniones pro mercede aliqua requi- rit neque pro supplicio pauet: Itaque quo minus se quitur gloriam eo magis super eam eminet: Nam qui gloriam requirunt iis ea merces præsentium umbra futurorum est que impediat uitā æternam quod in euā gelio scriptum est Amen amen dico uobis perceperūt mercedem suam De iis scilicet qui uelut tuba canenti uulgare liberalitatem suam quam faciunt circa pau- peres gestiunt: Similiter & de ieiunio quod ostenta- tionis causa faciunt Habent inquit mercedem suam. Honestatis igitur est uel misericordiam facere uel ieiunium deferre in abscondito ut mercedem uidea ris a solo deo tuo quærere non etiam ab hominibus:

Nam qui ab hominibus quærit habet mercedem suã qui autem a deo habet uitam æternam quam præstare non potest nisi auctor æternitatis sicut illud est Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso : Vnde expressius scriptura uitam æternam appellauit eam quæ sit beata ut non hominum opinionibus extimandum relinqueretur sed diuino iudicio committeretur. Itaque philosophi uitam beatam alii in nõ dolendo posuerunt ut hieronimus alii in rerum scientia ut herilus qui audiens ab aristotele & theophrasto mirabiliter laudatam esse rerum scientiam solam eam quasi summum bonũ posuit cum illi eam quasi bonum nõ quasi solum bonũ laudauerint Alii uoluptatem dixerũt ut epicurus Alii ut calipho & post eũ diodorus ita interpræstati sunt Vt alter ad uoluptatem alter ad uacuitatem doloris cõsortium honestatis adiungerent quod sine ea non possit esse beata uita. Zenon stoicus solum & summũ bonũ quod honestũ est Aristoteles autem uel theophrastus & cæteri peripathetici ĩ uirtute qdẽ hoc est honestate uitam beatam esse Sed compleri eius beatitudinem etiam corporis atque externis bonis asseruerũt. Scriptura autem diuina uitam beatam in cognitione posuit diuinitatis & fructu bonæ operationis: Denique utriq; assertioni euangelicum suppetit testimonium Nam & de scientia ita dixit dominus iesus : Hæc est autem uita æterna ut cognoscant te solum uerum dominũ & quẽ misisti iesum christum. Et de operibus ita respondit. Omnis qui reliquerit domum uel fratres aut sorores

aut patrem aut matrem aut filios aut agros ꝓter nomẽ meum centuplum accipiet & uitam æternam possidebit. Sed ne extimet hoc recẽs esse & prius tractatum a philosophis quã in euangelio prædicatum anteriores enim euangelio philosophi id est aristoteles & theophrastus uel zenon atque hieronimus sed posteriores prophetis: accipiant quam louge ante quam philosophorum nomen audiretur per os sancti dauid utrumque aperte uideatur expressum: Scriptum est enim Beatus homo quem tu erudieris domine & de lege tua docueris eum: Habemus & alibi Beatus uir qui timet dominum in mandatis eius cupiet nimis. Docuimus de cognitione cuius primum æternitatis fructnm esse meuorauit adiiciẽs ꝓpheta quia in domo huius timẽtis dominum uel cruditi in lege & cupientis in mandatis diuinis gloria & diuitiæ & iusticia eius manet in seculũ seculi. De operibus quoque in eodẽ psalmo subiũxit uitæ æternæ suppetere præmium uiro iusto. Denique ait Beatus uir q miseretur & cõmodat disponet sermones suos in iudicio qa ĩ seculũ non cõmouebitur In memoria æterna erit iustus Et infra Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in æternum. Habet ergo uitam æternam fides quia fundamentum est bonum. Habẽt & bona facta Quia uir iustus & dictis & rebus probatur: Nam si exercitatus sit in sermonibus & desidiosus in operibus prudentiam suam factis repellit. Et grauius est scire quid facias nec fecisse quod faciendum cognoueris: Contra quoque strenuum esse in

operibus affectu insidmu Ita est ac si uicioso fundamēto pulchra culminum uelis eleuare fastigia: Quo plus struxeris plus corruit quia sine munimento fidei opera non possunt manere. Insida statio in portu nauem perforat & harenosum solū cito cedit nec potest impositæ ædificationis sustinere onera. Ibi ergo plenitudo præmii ubi uirtutū perfectio & quædam in factis atque in dictis æqualitas sobrietatis. Et quoniā sola rerum scientia explosa est uel quasi inanis secundum philosophiæ disputationes superfluas uel quasi semiperfecta sententia: Consideremus quam enodem de eo scriptura diuina absoluit sententiam. De quo tā multiplices & implicatas atq; cōfusas uidemus quæstiōes esse philosophiæ: Nihil .n. bonum scriptura nisi quod honestum asserit: Virtutē que in omni rerum statu beatam iudicat quæ neque bonis augeat corporis uel externis neque minuatur aduersis: Nihil que tā beatū nisi quod a peccato alienum sit plenum innocentiæ & plenum gratiæ dei. Scriptum est enim Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum & in uia peccatorū non stetit & in cathedra pestilentiæ non sedit sed in lege domini fuit uolnntas eius: Et alibi Beati immaculati in uia qui ambulant in lege domini. Innocentia igitur & scientia beatum faciunt. Bonæ quoque operatiōis mercedem esse beatitudinem uitæ æternæ superius aduertimus. Restat igitur ut spreto patrocinio uoluptatis aut doloris metu quorum alterum quasi infractū & moliculum alterū quasi euiratum & infirmū despicit

in ipsis doloribus uitam beatam eminere demonstrē Quod facile doceri potest cum legerimus Beati estis cum uobis maledicent & persequentur & dicent omne malum aduersum uos proter iusticiam gaudete & exultate quoniam merces uestra copiosa est in cœlo Sic enim persecuti sunt & prophetas qui erant ante uos Et alibi Qui uult uenire post me tollat crucem suam & sequatur me. Est ergo beatitudo & in doloribus quos plena suauitatis uirtus comprimit & coercet ipsa sibi domesticis opibus abundans uel ad conscientiam uel ad gratiam Neque enim parum beatus moyses cū ægyptiorum uallatus populis & mari clausus p fluctus sibi & populo patrum pedestrem uiam piis meritis in uenisset. Quando autē fortior quam tunc cū extremis circumuentus periculis non desperabat salutem sed exigebat triumphum? Quid aaron? quando beatiorem se credidit quam tunc quando medius stetit inter uiuos ac mortuos & obiectu sui statuit mortem ne ad uiuorum transiret agmina a cadaueribus mortuorū? Quid de puero daniel loquar? qui tā sapiens erat. Vt inter leones fame exasperatos nulla bestialis seuiciæ frāgeretur formidine Ita alienus a metu ut posset epulari nec uereret ne ad pastum exemplo sui feras prouocaret? Est ergo & in dolore uirtus quæ sibi bonæ suauitatem exhibeat cōsciētiæ Et ideo indicio est quod non minuat dolor uirtutis uoluptatē. Sicut ergo nulla uirtuti decessio beatitudinis per dolorem ita etiā nulla accessio per uoluptatem corporis aut commodorum

gratiam de quibus pulchre apostolus ait. Quæ mihi fuerunt lucra hæc duxi proter christum detrimenta esse Et addidit Proter quem omnia damna duxi & æstimo ut stercora ut christum lucrifaciam Denique moyses damnũ suũ credidit thesauros esse ægyptiorũ & obprobrium dominicæ crucis prætulit Nec tunc diues cum abundaret pecunia nec postea pauper cũ egeret alimento: Nisi forte tunc alicui minus beatus uideretur fuisse cum in deserto quotidiana alimonia sibi & populo suo deforet & quod summi boni ac beatitudĩis nemo negare audeat manna ei hoc est panis angelorũ ministrabatur e cœlo carnis quoque quotidiana pluuia totius plebis epulis redundabat. Heliæ quoque sãcto panis ad uictum deerat si quæreretur sed non uidebatur deesse quia non quærebatur Itaque diurno coruorũ obsequio mane panis caro ad uesperam deferebatur. Nunquid ideo minus beatus quia erat pauper sibi? Minime: Imo eo magis beatus quia erat deo diues: Aliis enim esse quam sibi diuitem præstat ut iste erat qui tempore famis cibum a uidua petebat largiturus ut ydria farinæ per trienium & sex menses non deficeret & ad quotidianos usus olei uas uidnæ inopi sufficeret ac ministraret. Merito ibi uolebat petrus esse ubi istos uidebat. Merito in monte cum christo in gloria apparuerunt qa & ipse pauper factus est cũ diues esset Nullum ergo amminiculum præstãt diuitiæ ad uitam beatam Quod euidenter dominus demonstrauit in enangelio dicens beati pauperes quoniam uestrum

est regnū dei Beati qui nunc esuriūt & sitiunt quia satu rabuntur Beati qui nunc fletis quia ridebitis. Itaque paupertatem famem dolorem quæ putātur mala non solum impedimento non esse aduitam beatam sed etiā adiumento euidentissime pronunciatum est. Sed & illa quæ uidentur bona diuitias satietatem leticiam ex pertem doloris detrimento esse ad fructum beatitu-dinis dominico declaratum iudicio liquet: cum dicitur Ve uobis diuitibus qui habetis consolationem uestrā Ve uobis qui saturati estis quia esurietis & illis qui ri-dent quia lugebunt. Sic ergo non solum aminiculo nō sunt ad uitam beatam corporis aut externa bona sed etiam dispendio sunt. Inde enim beatus nabuthe etiā cum lapidaretur a diuite: qa paup & infirmus aduersū opes regias solo erat affectu & religione diues: ut pe cunia regali non cōmutaret paternæ uineæ hereditatē Eo que perfectus quia sanguine proprio defenderet iura maiorum suorum. Inde quoque miser achab etiā suo iudicio quia pauperem necari fecerat ut eius possi deret uineam. Certum est solum & summum bonum uirtutem esse Eam quæ habundare solam ad uitæ fru-ctum beatæ nec externis aut corporis bonis sed uirtu te sola uitam præstari beatam per quam uita æterna adquiritur. Vita enim beata fructus præsentium uita autem æterna spes futurorum est. Et sunt tamen qui in hoc corpore tam infirmo tam fragili impossibilem uitam beatam putent in quo necesse est angi dolere de plorare egrescere: q̄si uero ego in corporis exultatiōe

dicam uitam beatam consistere & non in altitudine sapientiæ suauitate conscientiæ uirtutis sublimitate. Non enim in passione esse sed uictorem esse passionis beatum est & nec frangi temporalis metu doloris: pone accedere hæc quæ grauia ad uim doloris feruntur Cœcitatē exilium famen stuprum filiæ amissionem liberorum? Quis neget beatum ysaac? qui non uidebat in senectute & beatitudines suis benedictionibus conferebat. An non beatus iacob? q profugus patria domo mercenarius pastor exilium sustinuit: filiæ pudiciciam ingemuit esse temeratam: famem pertulit. Non ergo beati quorum fide deus accepit testimonium: cum dicitur Deus abraam deus ysaac deus iacob: Misera est seruitus sed non miser ioseph Imo plane beatus cum dominæ libidines in seruitute positus coerceret. Quid de sancto dauid loquar? qui trium filiorum deplorauit obitum & quod his durius incestum filiæ. Quo modo non beatus de cuius successione beatitudinis auctor exortus ē? Qui plurimos fecit beatos Beati enim qui non uiderunt & crediderunt: fuerunt & ipsi in sensu infirmitatis sed conualuerunt de infirmitate fortes. Quid laboriosius autem sancto iob? uel in domus incendio uel filiorum decem interitu momētario uel in doloribus corporis? Nunquid minus beatus quam si illa non pertulisset in quibus magis probatus est? esto tamen fuisse in illis aliquid acerbitatis: Quem uirtus animi non abscondit dolorem? Neque enim profundum mare negauerī quia uadosa littora

sunt: neq; cœlũ lucidũ qa interdũ obtexit nubibus: neque terrã fæcũdã qa aliqbus locis ieiuna est glarea: aut letas segetes quia ĩtermixtã solẽt habere sterilẽ auenã. Similiter puta beatæ messẽ cõsciẽtiæ ĩterpellari aliquo acerbo doloris. Nõne totius mãipulis uitæ beatæ Si qd forte aduersi accidit atq; amaritudinis tãq̃ sterilis auena abscõdit aut tanq̃ lolii amartitudo frumẽti suauitate obducit.

CAP. II. DE VTILITATE.

Sed iã ad ꝓposita pergamus. Superiori libro ita diuisionẽ fecimus ut primo loco esset honestũ & decorũ a quo officia ducerentur Secũdo loco qd utile Et quẽ ad modũ ĩ primo diximus qa inter honestũ & decorũ ẽ quædã distictio quæ magis ĩtelligi q̃ explicari possit sic & cũ utile tractamus cõsiderãdũ uidet qd utilius: Vtilitatẽ aũt nõ pecuniarii lucri æstĩatio ne subducimus sed adqsitione pietatis: Sicut apostolus ait pietas aũt ad oĩa utilis est ꝓmissionẽ habẽs uitæ pñsentis & future. Itaque in scripturis diuinis si diligẽter quæramus sæpe inueniemus quod honestũ est utile uocari: Omnia mihi licent sed non omnia sunt utilia. Supra de uitiis loquebatur hoc ergo dicit licet peccare sed nõ decet In potestate sunt peccata sed nõ sũt honesta luxuria prõptũ sed nõ iustũ: nõ.n. deo esca sed uẽtri collgitur. Ergo qa quod utile id etiã iustũ Iustũ ẽ ut seruiãus xp̃o q nos redemit. Ideo iusti q pro eius noĩe se morti obtulerũt Iniusti q declĩauerũt. De qbus dicit q̃ utilitas in sãguine meo id ẽ q iusticiæ meæ ꝑfectus Vnde & illi Alligemus iustũ qa ĩutilis ẽ nobis Id est ĩiustus qui nos

arguit cōdēnat corripit Licet hoc possit etiā ad auariciā
īpiorꝝ hominū deriuari quæ ꝑfidiæ uicina ē sicut ī iuda
ꝓditore legīus q auariciæ studio & pecuniæ cupiditate
laqueū ꝓditiōis ī currit atq; īcidit. De hac igitᷣ tractādū
ē utilitate quæ sit plena honestatis sicut ipis uerbis diffi
uiuit apostolus dicēs Hoc aūt ad utilitatē uestrā dico nō
ut laqū iniiciā uobis sed ad id quod honestū ē. Liqt igitᷣ
quod honestū ē utile esse & quod utile iustū & ꝙ iustū
utile. Neq;.n.mihi ad mercatores lucri cupidīe auaros
sed ad filios sermo ē & sermo de officiis quæ uobis quos
elegi ī ministeriū dnī īculcare gestio atq; īfūdere: ut ea
quæ mētibus ac moribus uestris usu atq; īstitutiōe mo
lita atq; īpssa sūt etiā sermōe ac disciplīa apiātᷣ. Itaq; de
utilitate dicturus utar illo uersiculo ꝓphetico Declina
cor meū ī testīonia tua & nō ī auariciā: ne utilitatis sōus
excitet pecūiæ cupiditatē deīq aliq habēt declīa cor meū
ī testimōia tua & nō ad utilitatē Hoc ē illā qstuū nūdīas
aucupātē utilitatē Illā usu hominū ad pecuniæ studia in
flexā ac deriuatā: Vulgo.n.hoc solū dicūt utile quod q
stuosū: Nos aūt de utilitate tractāus quæ dānis quærittᷣ
ut xp̄m lucremur cuius quæstus est pietas cū sufficiētia
Magnus ꝑfecto quæstus quo pietatē adqrius q apud
dominū diues ē nō caducis facultatibus sed muneribus
æternis In qbus nō tēptatio lubrica sed cōstās & ppetua
sit gratia. Est igitᷣ utilitas alia corporalis alia pietatis sic
diuisit apostolus Corporalis igitᷣ exercitatio ad modi-
cū iqt utilis ē pietas aūt ad oīa ē utilis Quid aūt tā hone
stū q ītegritas:ᷣ qd tā decorꝝ q īmaculatū seruare corpus
& īuiolatū atq; intaīnatū pudorē:ᷣ Quid etiā tā decorꝝ q

ut uidua uxor defũcto cõiugi fidẽ seruet? Quid etiã hoc utilius quo regnũ cœleste adqrit? Sũt .n. q se castraue rũt ꝓpter regnũ cœlorũ. Est igit̃ nõ solũ familiare cõtuberniũ honestatis & utilitatis sed eadẽ quoque utilitas quæ honestas Ideo & ille q regnũ cœloꝝ uolebat oĩbus apire nõ quod sibi utile quærebat sed quod oĩbus Vnde ordo qdã nobis & gradus faciẽdus ẽ etiã ab his usitatis & cõmunibus ad ea quæ sũt ꝑcellẽtia ut ex pluribus utilitatis colligãus ꝓfectũ. Ac primũ nouerĩus nihil tã utile q̃ diligi nihil tã ĩutile q̃ nõ amari: Nã odio haberi exiciale ac nimis capitale arbitror. Itaq; id agamus ut omni sedulitate cõmẽdemus extĩationẽ opinioneq; nostrã ac primũ placiditate mẽtis & animi benignitate ĩfluamus affectũ hominũ Popularis.n.& grata est oĩbus bonitas nihil que quod tam facile humanis illabatur sensibus: Ea si mansuetudine morum ac facilitate animi moderatione præcepti & affabilitate sermonis uerboꝝ honore patienti quoque sermonum uice modestiæque adiuuet̃ gratia: incredibile est quantum procedit ad cumulum dilectionis. Legimus enim non solum in priuatis sed etiam in ipsis regibus quantum facilitas blandæ affabilitatis profecerit aut superbia uerborum que obfuerit tumor ut regna ipa labefactaret & potestatẽ solueret. Iam si quis consilio usu ministerio officiis popularem comprehendat gratiam aut si quis periculum suum pro uniuersa plebe offerat: non est dubium quod tantum charitatis a plebe in eum refuudatur ut populus salutẽ eius & gratiam sibi præferat. Quantas moyses a populo illatas absoluebat cõtumelias? & cũ dominus

in isolẽtes uidicare uellet: se tamen ꝓ populo offerebat frequenter ut indignationi diuinæ plebem subduceret Quã miti sermõe post iiurias appellabat populũ: cõso labat i laboribus delinibat oraculis fouebat opibus: Et cũ deo cõstãter loqret: homines tamẽ humili & grata appellatiõe affari solebat. Merito extiatus ẽ sup hõines ut & uultũ eius nõ possẽt itẽdere & sepulturã eius nõ re ptã crederẽt qa sic sibi totius plebis mẽtes deuixerat ut plus eũ ꝓ mãsuetudie diligerẽt q̃ ꝓ factis admirraent. Quid eius imitator sanctus dauid electus ex oibus ad plebẽ regẽdã q̃ mitis & blãdus hũilis spũ sedulus corde facilis affectu Ante regnũ se ꝓ oibus offerebat Rex cũ omibus æqbat suã militiã & partiebat laborẽ Fortis in prælio mãsuetus in iperio patiẽs i cõuitio Ferre magis ꝓmptus q̃ referre iiurias: Ideo tã charus erat õnibus ut iuuenis ad regnũ etiã iuitus peteret Resistẽs cogeret Senex ne plio itereẽt a suis rogaret: quod mallẽt omẽs ꝓ ipo piclitari q̃ illũ ꝓ oibns. itaq; sibi gratis officiis ple bẽ obligauerat Primũ ut i idscordiis populi exulare in heborn mallet q̃ regnare i iherusalẽ Deide ut etiã i ho ste positã uirtutẽ diligeret iusticiã etiã his qui arma cõ tra se tulerãt æq; ac suis pstandã putaret. Deniq; fortis simũ aduersæ partis ꝓpugnatorẽ abner ducẽ & inferẽ tẽ plia miratus est & orantẽ pacis gratiã nõ aspernatus honorauit cõuiuio iterẽptũ isidiis doluit & fleuit ꝓsecu tus exequias honestauit mortẽ ultus cõsciẽtiæ fidẽ præ stitit quã filio iter hæreditaria iura trãsscripsit Magis solicitus ne inocẽtis mortẽ inultã reliqret q̃ quo suã do leret. Non mediocre istud præsertim in rege sic obire

humilitatis munia ut communem se exhiberet etiam infimis Alieno periculo cibum non quærere potum recusare peccatum fateri seq; ipsum ꝓ populo offerre morti : ut in se diuina indignatio conuerteretur: cum ferienti angelo offerens se diceret Ecce sum ego peccaui Et ego pastor malum feci Et iste grex quid fecit? fiat manus tua in me .Nam quid alia dicam? quod dolum meditantibus non apperiebat os suum & tanquã non audiens nullum sermonem referendum putabat Non respondebat conuitiis Cũ sibi derogaret orabat cum malediceretur benedicebat Ambulans in simplicitate superborum fugitans sectator imaculatoꝝ Qui cinerem miscebat alimentis suis cum peccata propria deploraret & potum suum temperabat fletibus . Merito sic expetitus est ab uniuerso populo ut uenirẽt ad eũ omnes tribus israel dicẽtes Ecce nos ossa tua & caro tua sumus Heri & nudius tertius cũ esset saul & regnaret sup̃ nos tu eras qui procedebas & inducebas israel Et dixit tibi dominus tu pasces populum meum : Et quid plura de eo dicã? de quo huiusmodi dei processit sententia ut de eo diceret inueni dauid secundum cor meum .Quis enim in sanctitate cordis & iusticia sicut iste ambulauit ut impleret uolũtatẽ dei? proter quẽ & delinquẽtibus posteris eius uenia data & prærogatiua est reseruata hæredibus. Quis igitur nõ diligeret eũ? quẽ uidebat ita charũ amicis ut qa ipse sincere amicos diligebat æque diligi se a suis amicis arbitraretur .Denique parentes eũ filiis suis filii præferebãt parẽtibus:

Vnde grauiter indignatus saul percutere ionatham filium hasta uoluit: quia pluris apud eum ualere dauid amiciciam iudicabat quam uel pietatem uel auctoritatem paternam. Et enim ad incentiuum charitatis communis plurimum proficit si quis uicem amantibus reddat nec minus redamare se probet quam ipse amatur: Idque amiciciæ fidelis fiat exemplis. Quid enim tam populare quam gratia? quid tam insitum naturæ quã ut diligentem diligas? quid tam molitum atque impræssum affectibus humanis quã ut eũ amare inducas in animum a quo te amari uelis? Merito sapiens dicit Perde pecuniam ptoter fratrem & amicum. Et alibi Amicum salutare non erubescam & a facie illius non me abscondam. Si quidem uitæ & immortalitatis medicamentum in amico esse ecclesiasticus sermo testat̃. Et summum in charitate præsidium nemo dubitauerit cũ apostolus dicat Omnia suffert omnia credit omnia sperat omnia sustinet charitas nunquam cadit. Ideo dauid nõ cecidit qa charus fuit omĩbus & diligi a subiectis quam timeri maluit. Timor enim temporalis tutaminis seruat excubias nescit diuturnitatis custodiam. Itaq; ubi timor decesserit audacia obripit quoniã fidẽ timor non cogit sed affectus exhibet. Prima ergo ad commendationẽ nostri est charitas. Bonum est ergo testimonium habere de plurimorum dilectione: hinc nascitur fides ut committere se tuo affectui non uereantur etiam alieni quem pluribus charum aduerterit. Similiter etiam per fidem ad caritatem peruenitur ut

qui uni aut duobus præstiterit fidem tanquam influat in animos uniuersorum & omnium adquirat gratiam. Duo igitur hæc ad commendationem nostri plurimũ operantur charitas & fides Et tertium hoc si habeas quod in te admiratione dignum plerique existimẽt & iure honorandum putent. Et quia consiliorum usus maxime conciliat homines: Ideo prudentia & iusticia in unoquoque desiderantur & ea spectantur a pluribus ut in quo ea sint illi deferatur fides: quod possit utile consiliũ ac fidele desideranti dare. Quis eni ei se cõmittat? quẽ nõ putet plus sapere q̃ ipe sapiat q quærit consiliũ? necesse est igitur ut præstantior sit a quo consilium petitur quam ille est qui petit Quid consulas hominem quẽ non arbitreris posse melius aliquid reperire quam ipse intellegis? Quodsi eum inueneris qui uiuacitate ingenii mentis uigore atque auctoritate præstet & accedat eo ut exemplo & usu paratior sit præsentia soluat pericula prospiciat futura denũciet imminentia argumentum expediat remedium ferat in tempore paratus sit non solum ad consulendum sed etiam ad subueniendum: huic ita fides habeatur ut dicat qui cõsilium petit Et si mala mihi euenerĩt p illũ sustineo: Huiusmodi igitur uiro salutẽ nostrã & existiationẽ cõmittius q sit ut supra dixius iustus & prudẽs: Facit.n. iustitcia ut nullus sit fraudis metus: Facit etiã prudentia ut nulla erroris suspicio sit. Promptius tamen nos iusto uiro quã prudẽti cõmittimus ut secũdũ usum uulgi loquar. Denique sapientium diffinitione

in quo una uirtus est cōcurrunt cæteræ nec potest sine iusticia esse prudentia quod etiā in nostris inuenimus Dicit enim dauid Iustus miseretur & fenerat: Quod feneret iustus alibi dicit Iocūdus homo qui miseretur & fenerat Disponet sermones suos in iudicio. Ipsum illud nobile salomonis iudicium nōne sapientiæ plenū ac iusticiæ est? Itaque spectemus illud si ita est. Duæ inquit mulieres in conspectu regis salomonis steterūt & dixit una ad eum Audi me domine ego & hæc mulier in uno habitantes cubiculo ante diem tertiū partu edito singulos filios suscepimus & eramus una arbiter nullus domi nec ulla alia nobiscū fœmina nisi nos solæ & mortuus est filius eius hac nocte ut obdormiuit sup eum & surrexit media nocte & accepit filium meum de sinu meo & collocauit eum in gremio suo & filium suum mortuum posuit in sinu meo & surrexi mane ut lactarem paruulum & inueni mortuum & consideraui illum diluculo & nō erat filius meus Et respondit altera non: Sed filius meus est hic qui uiuit filius autē tuus qui mortuus est Et hæc erat contentio. Cum utraque sibi filium uindicarent superstitem defunctum autem suum negarent: tum rex iussit afferri macheram & infantem diuidi ac singulas partes dari singulis dimidiā uni & dimidiam alteri. Exclamat mulier quæ erat affectu pcita Neq̄quā dnē īfantē diuidas Det̄ potius illi & uiuat & nō īterficias eum. At illa respōdit altera Neq; meus neq; huius sit īfans diuidite eū. Et statuit rex dari īfantē ei mulieri q̄ dixerat nolite īterficere eū

Sed date eum illi mulieri quia mota sunt ĩquit uiscera eius in filio suo. Itaque non immerito extimatus est intellectus dei in eo esse quoniam quæ occulta sunt dei per ipsum reuelata sunt: Quid autem occultius inter norum uiscerũ testimonio: in quæ sapientis intellectus uelut quidam pietatis descendit arbiter & uelut quandam genitalis alui uocem eruit quia maternus patuit affectus Qui elegerit filium suum uel apud alienam uiuere quam inconspectu matris necari. Sapientiæ igitur fuit latentes distinguere conscientias ex ocultis eruere ueritatem Et uelut quadã machera ita spiritus gladio penetrare non solum uteri sed etiam animæ & mentis uiscera. Iustitiæ quoque ut quæ suum necauerat alienũ non tolleret sed uera mater reciperet suum. Denique etiam scriptura hoc ꝓnunciauit Audiuit inquit omnis israel hoc iudiciũ quod iudicauit rex salomõ & timuerũt a facie regis eo quod intellectus dei in eo esset ut faceret iusticiam. Denique & ipse salomon ita poposcit sapientiam ut daretur sibi cor prudẽs audire & iudicare cum iusticia. Liquet igitur etiam secundum scripturã diuinam quæ antiquior est sapientiam sine iustitia esse nõ posse qa ubi una earꝝ uirtntũ ibi utraq; est. Daniel quoq; quã sapienter alta ĩterrogatiõe fraudulẽtæ accusatiõis dep̄hẽdit mẽdaciũ ut calumniatorꝝ sibi respõsio non cõueniret. Prudentiæ igitur fuit uocis suæ testimonio reos ꝑdere Iusticiæ quoq; nocentes supplicio dare innocentẽ subducere. Est ergo indiuiduum sapientiæ atque iusticiæ contubernium sed uulgi usu diuiditur.

quædā forma uirtutū ut temperantia sit in despiciēdis uoluptatibus fortitudo spectetnr in laboribus & periculis prudentia in delectu bonorum sciens commoda & aduersa distīguere Iusticia que sit bona custos iuris alieni & uindex proprietatis suum cuique conseruās Sit ergo nobis communis opiniōis gratia quadriptita hæc facta diuisio ut ab illa subtili disputatione philosophiæ sapiētiæque limādæ ueritatis causa quasi ex adito quodam erutum retrahentes pedem forensem usum ac popularem sensum sequamur. Hac igitur diuisione seruata ut reuertamur ad ꝓpositū prudentissimo cuiqꝫ causam nostram committimus & ab eo consilium prō ptius quā a cæteris poscimus præstat tamē fidele iusti consilium uiri & sapientissimi ingenio frequenter præ pōderat Vtilia enim uulnera amici quam alioꝝ oscula. Deinde quia iusti iudicium est sapientis autem argumentum In illo censura disceptationis in hoc calliditas inuentionis. Quod si utrunque connectas erit magna consiliorum salubritas quæ ab uniuersis spectatur admiratione sapientiæ & amore iusticiæ ut ōnes quærant audire sapientiam eius uiri In qno utriusque uirtutis copula sit: Sicut quærebāt omnes reges terre uidere faciem salomonis & audire sapientiam eius: Ita ut sabba regina ueniret ad eum & temptaret eum in quæstionibus & uenit & omnia locuta est quæ habebat ī corde suo & audiuit omnem sapientiam salomonis nec ullū uerbum præteriuit eam. Quæ sit ista quam nihil prætereat nec sit aliquid quod ei non adnuntiauerit uerus

salomon cognoscē o homo ex his quæaudis loquētem Verus est inquit sermo quem audiui in terra mea de sermonibus tuis & de prudentia tua non credidi his qui dicebant mihi donec ueni & uiderunt oculi mei Et nunc non est nec dimidia quidem pars secundum ea quæ adnūtiabant mihi. Apposuisti bona sup omnia quæ audiui in terra mea. Beatæ mulieres tuæ & beati pueri tui qui adsistunt tibi qui audiunt omnem prudentiam tuam. Intellige conuiuium ueri salomonis & quæ apponuntur in eo conuiuio Intellige sapienter & cōsidera in q̄ terra congregatio nationū audierit famā sapientiæ ueræ atque iusticiæ & quibus eum uiderit oculis contemplantibus utique quæ non uiderentur. quoniam quæ uidentur temporalia sunt quæ autē non uidentur æterna. Quæ sunt beatæ mulieres nisi ille de quibus dicitur quia multæ uerbū dei audiunt & pariūt Et alibi quicunq; enim fecerit uerbnm dei ipse meus & frater & soror & mater est. Qui etiā pueri beati q assistunt nisi paulus qui dicebat Usq; in hunc diem sto protestans minori ac maiori & Simeon qui expectabat in templo ut uideret consolationē israel. Quomō enī dimitti poscerot: nisi quia assistens domino discedendi habere facultatem non poterat nisi uoluntatem domini adeptus esset. Exēpli causa propositus nobis salomon est a quo certatim ut audiretur eius sapientia postulabatur. Ioseph quoque nec in carcere feriatus erat quo minus de rebus incertis consuleretur Cuius consiliū ægypto uniuersæ profuit ut non sentiret septē

annorum sterilitatem aliosque populos miseræ famis leuaret ieiunio: Daniel ex captiuis regaliũ consultorꝝ arbiter factus consiliis suis emendauit præsentia adnũtiauit futura: Ex his .n. quæ frequenter interprætatus ostenderat uere se esse adnuntium fides ei in omĩbus deferebat͏̃. Sed etiã tertius locus de his q admiratiõe digni extimarentur ioseph & salomonis & danielis exemplo decursus uidetur. Nam quid de moyse loquar? cuius omnis israel quotidie consilia præstolabat͏̃ cuius uita fidem sociabat prudentiæ admirationem que eius augebat. Quis se non committeret consilio moysi? cui seniores siqua supra suum ĩtellectum & uirtutem esse arbitrarentur diiudicanda seruabant. Quis danielis consilium refugeret? de quo deus ipse dixit Quis daniele sapientior? aut quomodo homines de eorum dubitare mentibus possent quibus deus tantam conferebat gratiam? Moysi consilio bella conficiebantur moisi meritis de cœlo affluebat alimõia potus e petra. Quam purus danielis animus? ut mulceret barbaros mores mitigaret leones. Quæ in illo temperantia? quanta animi corporisque cõtinentia? Nec immerito mirabilis factus omnibus quando quod uehementer admirantur homines regalibus fultus amiciciis aurũ non quærebat nec delatum sibi honorem plus faciebat quam fidem. Quinetiam periclitari malebat ꝑ lege domini quam pro gratia hominis inflecti. Nam de sancti ioseph quem pene prætererieram castimonia & iusticia quid dicam? quarum altera illecebras heriles

respuit refutauit præmia altera mortē cōtempsit metū repPulit carcerē præoptauit. Quis hunc priuatæ causæ ad consulendum idoneum non iudicaret? cuius ferax animus & mens fertilis temporis sterilitatem quodā consiliorum & cordis ubere fecundauit. Aduertimus igitur quod ī adquirendis cōsiliis plurimum adiungat uitæ probitas uirtutum prærogatiua beniuolētiæ usus facilitatis gratia. Quis enim in cœno fontem requirat quis e turbida aqua potum petat? Itaque ubi luxuria est ubi ītempantia ubi uiciorū confusio quis inde sibi aliquid hauriendū existimet? quis non despiciat moꝝ colluuionem? quis utilem cause alienæ iudicet quem uidet inutilem suæ uitæ? quis iterum improbum mali uolum contumeliosum nō fugiat & ad nocendū paratū? quis non eum omni studio declinet? quis uero q̄uis instructum ad cōsilii opem difficilem tamen accessu am hiat? In quo sit illud tanquam si quis aquæ fontem præcludat. Quid enim prodest habere sapientiā? si consiliū neges si consulendi intercludas copiam? clausisti fontem ut nec aliis influat nec tibi prosit. Pulchre aūt & de illo conuenit qui habēs prudentiam commaculat eam uicioꝝ sordibus eo quod aquæ exitū contaminet. Degeneres animos uita arguit. Quomodo enī potes eum iudicare consilio superiorem? quem uideas inferiorem moribus: Supra me debet esse cui me cōmittere paro. An uero eum idoneum putabo qui mihi det consilium quod non det sibi? & mihi eū uacare credam qui sibi non uacet? Cuius animum uoluptates occupent

libido deuīciat auaricia subiuget cupiditas perturbet q̄tiat metus: quomodo hic cōsilii locus ubi nnllusqeti? Admirandus mihi & suscipiendus consiliarius quem propicius dominus patribus dedit offensus abstulit. Huius imitator debet esse qui potest consilium dare & alienam a uiciis custodire prudētiam quoniam nihil inquinatum in illam incurrit. Quis igitur tanquam uultu speciem præferat pulchritudinis & belluinis posterioribus ac ferinis unguibus forme superioris dehonestet gratiam cum tam admirabilis & præclara forma uirtutum sit & specialis pulchritudo sapientiæ sicut series scripturæ indicat Est enim speciosior sole & sup omnem stellarum dispositionem: Luci comparata inuenitnr prior luce Et enim hanc suscipit nox sapientiā autem nō uincit malicia Diximus de eius pulchritudīe & scripturæ testimonio comprobauimus: Superest ut doceamus scripturæ auctoritate nullum ei cōtuberniū cum uiciis esse sed indiuiduam cum cæteris uirtutibus coniunctionē Cuius spiritus est discretus sine inquinamento certus sanctus amans bonum accutus qui nihil uetet benefacere bēignus stabilis certus securus omnē habens uirtutem omnia ꝓspiciens. Et infra Sobrietatem docet & iusticiam & uirtutem. Omnia igitur operatur prudētia cum omnibus bonis habet cōsortiū Nā quo modo potest utile consilium dare nisi habeat iusticiam Vt induat constantiam mortem nō reformidet nullo terrore nullo reuocet metu nulla adulatione a uero deflectendum putet exilium nō refugiat: quæ

nouerit ſapienti patriam mundum eſſe: Egeſtatem
nõ timeat quæ nihil deeſſe ſapiẽti ſciat cui totus mun-
dus diuitiarum eſt Quid enĩ præcelſius eo uiro? qui
auro moueri neſciat contemptum habeat pecuniarum
& ueluti ex arce quadã deſpiciat hominũ cupiditates
Quod qui fecerit hunc homines ſupra hominem eſſe
arbitrantur. Quis eſt inquit & laudamus eum? fecit
enim mirabilia in uita ſua. Quo modo enim non admi
radus qui diuitias ſpernit? quas plerique ſaluti ꝓpriæ
prætulerunt. Decet igitur omnes cenſura fragilitatis
continentiæ auctoritas & maxime eũ qui honore p̃ſtet
ne præeminentem uirum theſauri poſſideant ſui & pe
cuniis ſeruiat qui præeſt liberis. Illud magis decet ut
ſupra theſaurum ſit anĩo & infrra amicum obſequio.
Humilitas .n. auget gratiam Hæc plena laudis & di-
gna primario uiro non communem cum tyriis negoti
atoribus & galathis mercatoribus habere turpis lucri
cupidinem Nec omne bonum locare in pecunia & tan
quam mercenario munere quotidianos numerare
quæſtus calculari compendia. Quod ſi ab his ſobriũ
gerere aĩmũ laudahile ẽ Quãto illud p̃ſtãtius? ſi dile
ctionẽ multitudinis liberalitate adquiras? Neq; ſuper
flua circa importunos neque reſtricta circa ĩdigentes
Plurima autem genera liberalitatis ſunt Non ſolum
quotidiano ſumptu egentibus quo uitam ſuſtinere ſuã
poſſint diſponere ac diſpẽſare alimoniam: uerum etiã
his qui publice egere uerecundãtur conſulere ac ſubue
nire Quatenus communis egenorum ailmonia non

exhauriatur : De eo enim loquor qui præest alicui muneri Vt si officiũ sacerdotis gerat aut dispensatoris ut de his suggerat episcopo Nec reprimat si quem po situm in necessitate aliqua cognouerit aut deiectum opibus ad inopiæ necessitatem redactũ maxime si non effusione adolescentiæ sed direptione alicuius & amissi one patrimonii in eã reciderit iiuriã ut sũptũ exercere diurnum non queat. Summa etiam liberalitas captos redimere eripere ex hostiũ manibus subtrahere neci homines & maxime fœminas turpitudini redimere pa rentibus liberos parẽtes liberis ciues patriæ restituere Nota sunt hæc nimis illirici uastitate & traciæ: Quanti ubique uenales erãt toto captiui orbe quos si reuoces unius prouinciæ numeꝝ explere non possint Fuerũt tamen qui eos etiam quos ecclesiæ redemerunt in ser- uitutem reuocare uellent ipsa grauiores captiuitate q ĩuiderent alienam misericordiam. Ipsi si in captiuitatẽ uenissent seruirent liberi si uenditi fuissent seruitutis ministerium non recusarent Et uolunt alienam liber- tatem rescindere qui suam seruitutem non possent rescindere nisi forte precium recipere emptori place ret In quo tamẽ non rescinditur seruitus sed redimitᷣ. Præcipua est igitur liberalitas sed non communis re dimere captiuos & maxime ab hoste barbaro qui nihil deferat humanitatis ad misericordiam nisi quod auariciæ reseruauerit ad redemptionem Aes alienum subire si debitor soluendo nõ sit atque artetur ad solu tionem quæ sit iure debita & inopia destituta Nutrire

paruulos pupillos tueri. Sūt etiā qui uirgines orbatas
parentibus tuendæ pudiciciæ gratia connubio locent
non solum studio sed etiam sumptu adiuuent. Est etiā
illud genus liberalitatis quod apostolus docet ut si qs
fidelis habet uiduas subministret illis ut earꝝ alimoniis
ecclesia non grauetur ut his quæ uere uiduæ sunt suffi-
ciat. Vtilis igit̃ huiusmodi liberalitas sed non cōmunis
omnibus: Sunt enī plerique etiā uiri boni qui tenues
sunt censu contenti quidem exiguo ad sui usum sed nō
idonei ad subsidium leuandæ paupertatis alienæ: tamē
suppetit aliud benificentiæ genus quo iuuare possint
interiorem: Est enim duplex liberalitas una quæ sub
sidio rei adiuuat id est usu pecuniæ altera quæ operum
collatione impenditur multo frequenter splendidior
multoque clarior. Quanto illustrius abraam captum
armis uictricibus recepit nepotem quam si redemisset
Quāto utilius regem pharaonem sanctus ioseph con
silio prouidentiæ iuuit quam si contulisset pecuniam?
Pecunia enim unius ciuitatis non redemit ubertatem.
Prospicientia totius ægypti per septenium famen rep
pulit; Facile autem pecunia consumitur: consilia ex
hauriri nesciunt: Hæc usu augentur: pecunia minuit̃
& cito deficit atque ipsam destituit benignitatē ut quo
pluribus largiri uolueris eo pauciores adiuues & sæpe
tibi desit quod alii conferendum putaueris: Consilii
autem operis que collatio quo in plures diffūditur eo
redundantior manet & in suum fontem recurrit In se
enim refluit ubertas prudētiæ & quo pluribus fluxerit

eo exercitatius fit omne quod remanet. Liquet igitur debere esse liberalitatis modum ne fiat ĩutilis largitas cuius sobrietas tenenda est maxime a sacerdotibus ut non pro iactantia sed pro iusticia dispensẽt. Nusquam enim maior auiditas petitionis Veniunt ualidi ueniunt nullam causam nisi uagandi habẽtes & uolunt subsidia euacuare pauperum exinanire sumptum nec exiguo contenti maiora quærunt ambitu uestium captantes petitionis suffragium & natalium simulatione licitantes incrementa quæstuum: His si quis facile fidem deferat cito exhaurit pauperum alimoniis futura compendia. Modus largiẽdi adsit ut nec illi inanes recedãt neque transcribatur uita pauperum in spolia fraudulẽtorum. Ea ergo mensura sit ut neq; humanitas deseratur nec destituatur necessitas. Plerique simulant debita: Sit ueri examen: Exutos se per latrocinia deplorant. Aut iniuria fidem faciat aut cognitio persone quo propensius iuuetur ab ecclesia relegatis sumptus impertiendus si desit eis alendi copia. Itaque qni modum seruat auarus nulli sed largus omnibus est Non enim solas aures prebere debemus audiendis precantum uocibus sed etiam oculos considerandis necessitatibus plus clamat bono operatori debilitas quam uox pauperis Neq; uero fieri potest ut nõ extorqueat amplius importunitas uociferantium sed non semper impudentiæ locus sit. Videndus est ille qui te non uidet Requirendus est ille qui erubescit uideri: Ille etiam clausus ĩ carcere occurrat tibi: ille affectus ægritudine

mentem tuam personet qui aures non potest. Quo plus te operari uiderit populus magis diliget. Scio plerosque sacerdotes quo plus contulerunt plus habũdasse quoniam quicunque bonum operarium uidet ipsi cõfert quod ille suo officio dispenset securus quod ad pauperem sua perueniat misericordia: Nemo enim uult nisi pauperi proficere suam collationẽ: Nã si quem aut immoderatum aut nimis tenacem dispensatorem uiderit utrunque displicet si aut superflue erogationibus dissipet alieni fructus laboris aut recondat saculis. Sicut igitur modus liberalitatis tenẽdus est ita etiam calcar plerunqne adhibendum uidetur. Modus ideo ut quod bene facis id quotidie facere possis ne subtrahas necessitati quod indulseris effusioni Calcar ꝑterea quia melius operatur pecunia in pauperis cibo quã in diuitis saculo. Caue ne ĩtra loculos tuos ĩcludas salutẽ inopũ & tanquã in tumulis sepelias uitã paupũ: Potuit donare ioseph totas ægypti opes & effundere thesauros regios: noluit tamẽ de alieno effusus uideri Maluit frumenta uendere q̃ donare esurientibus quia si paucis donasset plurimis defuisset: Eam liberalitatẽ ꝓbauit quæ habũdaret omĩbus Patefecit orea ut omẽs emerent subsidium frumentariũ ne gratis accipiendo cultus terraꝝ relĩquerẽt: Quoniã qui alieno utit̃ suũ neglegit. Itaque primo omniũ coarcerauit pecunias deĩde instrumẽta cætera ad postremũ iura terraꝝ regi adquisiuit Nõ ut omnes exueret suo sed fulciret publicum tributũ cõstitueret quo sua tutius habere possent

quod ita fuit gratum omībus quibus terras ademerat ut non uenditionem sui iuris sed redemptionē salutis putarent. Denique dixerunt Sanasti nos inuenimus gratiam iu conspectu domini nostri: Nam & de proprietate nihil amiserant q ius receperant & de utilitate nihil perdiderant q adquisierant perpetuitatē. O uirū magnum qui nō largitatis supfluæ tēporalem captauit gloriam sed perpetuam commoditatem cōstituit prouidentiæ; fecit enim ut tributis populi se iuuarent suis nec in tempore necessitatis aliena subsidia desiderarēt Melius enim fuit conferre aliquid de fructibus quam totum de iure amittere. Quintā portionē collationis statuit & in prouidendo prospicacior & in tributo liberalior. Deniq; nuuquam postea ægyptius huius modi famen pertulit Quam præclare autem collegit futura primum quam argute regalis interpræs somnii ueritatem expressit Somnium regis primū hoc fuit Septē iuuence ascendebant de flumine uisu decoræ & pīgues corpore & ad orā pascebāt̄ fluīnis Aliæ quoq; uitule uisu deformes ac ieiunæ corpore post illas iuuencas ascendebant de flumine & iuxta eas in ipso riparum thoro pascebāt̄ Et uisæ sūt he uitulæ tenues atq; exiles deuorare illas quæ pstabāt & forma & gratia Et sōniū secūdū hoc fuit vii. spicæ pīgues electæ & bonæ de terræ surgebāt sinu & post eas .vii. spicæ exiles & uento corruptæ ac madidæ se subiicere moliebāt̄ Et uisū ē q̄ letas & uberes spicas spicæ steriles & tenues deuorauerūt. Hoc sōniū ita apuit sanctus ioseph eo quod.vii.

iuuencæ .vii. anni forent & vii spice similiter ex fœtu & fructu interpraetamur tempora fœtus enim iuuencæ annum exprimit & fructus segetis annum consumat integrum Quæ ideo ascēdebāt de flumine quod dies anni ac tempora fluminum prætereūt modo & cursim labuntur Annos itaque .vii. priores uberes terre fertiles ac fecundos declarat futuros posteriores autem alios vii annos steriles atque infecundos Quorum sterilitas absumptura foret ubertatem superiorum. Qua gratia prospiciendum admonuit ut uberioribus annis congregaretur subsidiū frumentarium quod sustētare posset inopiam futuræ infecunditatis. Quid primum mirer: ingeniū quo in ipsum ueritatis descendit cubile an consilium quo tam graui atque diuturne prospexit necessitati an uigilantiam atque iusticiam Quarum altera imposito sibi tanto munere congregauit tā multiplices commeatus altera quæ æqualitatem per omnes reseruauit. Nam de magnitudine animi quid loquar: qui uenditus a fratribus in seruitutem non rettulit īiuriam sed famen depulit Quid de suauitate qui dilecti fratris præsentiā pia fraude quæsiuit quem simulato per elegantiam furto reum statuit rapinæ ut obsidē teneret gratiæ Vnde merito ei a patre dicitur filius meus amplius ioseph filius meus amplius zelotes filius meus adolescentior adiuuet te domīus meus & benedicat te benedictione cœli a summo benedictiōe terræ habētis omnia ꝓter benedictiōes patris tui & matris tuæ Præualuit sup benedictiones mōtiū manentiū & desideria

collium æternorum . Et indeutreonomio . Qui uisus es inquit in rubo ut uenias super caput ioseph & super uerticē ipsius honrificus inter fratres primituus tauri decus eius cornua unicorni cornua ipius. Iu ipis gētes uētilabit simul usq; ad extremū terre. Ipsi decē millia effrem & ipsi milia manases Talis itaq; debet esse qui consilium alteri dat ut se ipsum formam aliis præbeat exemplum bonorum operū in doctrina in integritate in grauitate Vt sit eius sermo siaubris atque inrepræhensibilis consilium utile uita honesta sententia decora Talis erat paulus qui cousilium dabat uirginibus magisterium sacerdotibus ut primum se ipsum formam nobis præberet ad imitandū . Ideo & humiliari sciebat sicut sciuit & ioseph Qui summo ortus patriarcharum genere non dedignatus degenerem seruitutem exhibebat eā obseqiis illustrabat uirtutibns sciuit hūiliari q & uēditorē & ēptorē passus ē & dominū appellabat eū. Audi humiliātē se Si doīnus meus præter me nihil scit in domo sua & omnia quecunque habet dedit in manus meas neq; subtractum est a me quidqd præter te que uxor illius es quo modo faciā uerbum hoc malū & peccabocoram domino ? Plena uox humilitatis plena castimoniæ humilitatis quia domino deferebat honorificentiæ quia referebat gratiam plena castimoniæ quia turpi flagitio contaminari graue peccatū putabat Talis igit̄ debet ēē cōsiliarius q nihil nebulosū habeat nihil fallax nihil siulatū q̄ uitā eius ac mores refellat nihil ipbū ac maliuolū quod auertat cōsulētes alia.n.sūt

quæ fugiũtur alia quæ contemnuntur fugimus ea quæ possunt nocere quæ maliciose possunt in noxã serpere Vt si is q consulitur dubia sit fide & pecuniæ auidus ut possit præcio mutari si ĩiuriosus hic fugitur ac decliat̃ qui uero uoluntarius intemperãs & si alienus afraude tamẽ auarus & cupidior lueri turpis hic contemnitur: quod enim specimen industriæ quem fructũ laboris edere potest quã recipere animi curam ac solicitudinẽ qui se corpori dederit atque ignauiæ Ideo boni uir consilii dicit Ego enim didici in quibus scio sufficiens esse Sciebat enim omĩum malorumr radicem essẽ auariciã & ideo suo contentus erat alienũ non requirebat Satis est mihi ĩqt quod habeo siue parũ siue plurimũ haheã mihi plurimũ ẽ Expssius aliqd dicẽdũ uidet̃ Signato uerbo usus est Efficit mihi inqt ĩ quo sũ id est nec de est nec superfluit Nõ deest quia nihil quæro amplius non superfluit quia nõ solum mihi habeo sed pluribus hoc de pecunia cæterũ de omĩbus dici potest quia effi ciebant illi præsentia: hoc est non honorem maiorẽ nõ obsequia uberiora desiderabat non gloriæ immodicæ cupidus aut gratiam indebitam quærebat sed debiti finem certaminis patiens laboris securus meriti præ stolabatur Scio inquit & humiliari. Non ergo ĩdocta humilitas sed quæ habeat sui modestiam & scientiã lau dat̃ Est .n. humilitas formidinis est impitiæ atq3 igno rantiæ Et ideo scriptura ait & hũiles spũ saluabit Præ clare ergo dixit scio & humiliari idest quo in loco qua moderatione quo fine in quo officio in quo mnnere.

Nesciuit phariseus humiliari ideo deiectus. Sciuit publicanus ideo iustificatus est Sciebat & habundare paulus quia animam habebat diuitem & si thesaurum diuitis non habebat. Sciebat habundare qui non quærebat datũ in pecunia sed requirebat fructum ĩ gratia: possumus & sic intelligere quia sciebat habundare qui poterat dicere: Os nostrum patet ad uos o corinthii cor nostrum dilatatũ est In omnibus erat imbutus & saturari & esurire Beatus qui sciebat saturari ĩchristo. Non ergo illa corporalis sed spiritalis est satietas quã operatur scientia Et merito scientiæ est opus quia nõ in solo pane uiuit homo sed in omni uerbo dei Ergo q sic sciebat saturari & sic esurire sciebat ut semper noua quæreret esuriret deum sitiret in dominũ sciebat esurire qui sciebat quia esurientes manducabant Sciebat & poterat habundare qui nihil habebat & possidebat oĩa Egregie itaque uiros alicui præsidentes muneri commendat iusticia & cõtra iniqtas destituit atque ĩpugnat Exemplo nobis est scriptura quæ dicit qa cũ populus israel post mortem salomõis rogasset filiũ eius roboã ut releuaret ceruices eorum aseruitute dura & paterni imperii temperaret austeritatem Ille spreto senili consilio de suggestione adolescentiun responsum fertur dedisse huiusmodi: Quia & onus adiiceret super patriũ iugum & leuiora grauioribus supplitiis mutaret quo responso exasperati respõderunt populi: Non est nobis portio cum dauid neque hæreditas in filiis iesse reuertere unusquisque in tabernacula tua israel

quoniam hic homo neque in principem neque in ducē
Itaqꝫ desertus a populo ac destitutus uix duarū tribuū
proter dauid meritum habere potuit societatē. Claret
ergo quoniam æquitas imperia cōfirmet & iniusticia
dissoluat. Nam quomodo potest malicia regnū possi
dere quæ ne unam quidem priuatam potest regere fa
miliam? Summa igitur benignitate opus est ut non
solum publica gubernacula sed etiam priuata iura tue
amur. Plurimum iuuat beniuolētia quæ omnes studet
beneficiis āplecti deuīcere officiis oppignerare gratia
Affabilitatem quoque sermonis diximus ad concilian
dam gratiam ualere plurimum Sed hāc uolumus esse
sinceram ac sobriam sine ulla adulatiōe ne simplicitatē
ac puritatem alloquii dedeceat sermonis adulatio: For
ma enim esse debemus cæteris non solum in opere sed
etiam in sermone in castitate ac fide: Quales haberi
uolumus tales simus Et qualem affectū habemus talē
aperiamus: Neque dicamus in corde nostro uerbum
iniquum quod abscondi putemus silentio qa audit in
occulto dicta qui occulta fecit & cognoscit secreta uisce
rum qui sensum uisceribus infudit. Ergo tāquam sub
oculis constituti iudicis qdquid gerimus in luce positū
putemus ut omnibus manifestetur: plurimum itaque
prodest uuicuique bonis iungi: adolescentibus quoqꝫ
utile ut claros & sapientes uiros sequantur quoniam q
congreditur sapientibus sapiens est qui autē cohæret
īprudētibus īprudēs agnoscit Et ad īstructionē itaqꝫ
plurimū proficit & ꝓbitatis testimoniū Ostendūt enī

adolescentes eorum se imitatores esse qbus adherēt & ea conualescit opinio quod ab his uiuendi acceperunt similitudinem cum quibus conuersandi hauserint cupiditatem Inde tantus iesus naue quod eum non solum erudiuit ad legis scientiam moysi copula uerum etiam sanctificauit ad gratiam Denique cum in eius tabernaculo diuina refulgere præsentia uideretur maiestas domini solus erat ī tabernaculo iesus naue Moyses cū domino loquebat᷑ iesus pariter nube sacra tegebat᷑. Pbrī & populus deorsum stabant iesus cum moyse ad accipiendam legem ascendebat. Oīs populus in tracastra erat iesus extra castra in tabernaculo testimōīī: cū columna nubis descēderet & loqueretur cum moyse quasi fidus adstabat minister. Nec exibat de tabernaculo iuuenis: cū seniores lōge positi diuīa trepidarēt miracula. Vbique igit᷑ inter admiranda opera & reuerenda secreta sācto moysi īdiuiduus adhærebat Vnde factum est ut qui fuerat socius conuersationis fieret successor potestatis. Merito uir huiusmodi euasit ut si steret fluminum cursus diceret stet sol & staret sol q̄si eius spectator uictoriæ noctē differret diē ꝑduceret Quid quod moysi negatum est solus eligeretur populum introduceret in terram reꝓmissionis magnus uir fidei miraculis magnus triūphis Illius angastioria opa huius ꝓsperiora. Vterque igit᷑ diuina subnixus gratia ultra humanam processit condictionem. Ille mari hic cœlo imperauit. Pulchra itaque copula seniorum atq; adolescentium Alii testimonio alii solatio sunt. Alii

magiſterio alii delectationi Omitto q abraæ adheſit loth adoleſcētulus etiam proficiſcenti ne forte hoc pro piqtatis magis fuiſſe exiſtimetur & neceſſariæ potius quam uolūtariæ adiūctionis Quid heliam atq; heliſeū loquamur ? Licet non expreſſe heliſeum iuuenem ſcriptura ſignificauerit aduertimus tamē & colligimus iuniorē fuiſſe . In actibus apoſtolorū barnabas marcū aſſūpſit paulus ſileā paulus thimotheū paulus titū Sed ſuperioribus uidemus diuiſa officia ut ſeniores cōſilio preualerent iuniores miniſterio Plerunque etiā uirtutibus pares diſpares ætatibus ſui delectāt copula ſicut delectabantur petrus & ioannes Nam adoleſcentem legimus in euāgelio ioannem & ſua uoce licet meritis & ſapientia nulli fuerit ſeniorum ſecundus . Erat enim in eo ſenectus uenerabilis morum & incana prudentia Vita enim immaculata bone ſenectutis ſtipendium eſt adiuuat hoc quoq; ad profectum bonæ exiſtimationis ſi de potentis manibus eripias inopem de morte damnatum eruas quantum ſine perturbatione fieri poteſt ne uideamur iactantiæ magis cauſa facere quam miſericordiæ & grauiora inferre uulnera dum leuioribus mederi deſideramus . Iā ſi oppreſſum opibus potētis & factione magis quam ſceleris ſui precio grauatum liberaueris egregiæ conualeſcit opinionis teſtimoniū . Commendat pleroſque etiam hoſpitalitas . Eſt enim publica ſpecies humanitatis ut peregrinus hoſpitio nō egeat ſuſcipiatur hic officioſe pateat aduenienti ianua Valde id decorum totius ē urbis exiſtimationi pegrinos

cum honore suscipi non deesse mēsæ hospitalis gratia occurrere officiis liberalitatis explorare aduentus hospitum Quod abraæ laudi est datum qui ante ianuam suam speculabatur ne forte peregrinus aliquis præteriret & diligenter prætendebat excubias ut occurreret ut præueniret & rogaret ne trāsiret hospes dicens Domine si inueni gratiam ante te ne prætirieris puerum tuum Et ideo pro hospitalitatis mercede fructū posteritatis recepit. Loth quoque nepos eius non solum genere sed etiam uirtute ꝓximus proter hospitalitatis affectum sodomitana a se suis que supplicia detorsit.
Decet igitur hospitalem esse benignum iustum non alieni cupidnm imo de suo iure cædentem potius aliqua si fuerit lacessitus quam aliena iura pulsantem fugitantē litiū ab horrentem a iurgiis redimentem concordiam & tranquilitatis gratiam Si quidem de suo iure uirum bonum aliquid relaxare non solum liberalitatis sed plerunque etiam commoditatis est primum dispendio litis carere nō mediocre est lucrnm Deīde accedit ad fructum quod augetur amicicia ex q̄ oriunt̄ plurimæ cōmoditates quæ contemnenti aliqua in tempore postea fructuosæ erunt. In officiis aūt hospitalibus omnibus qdē humanitas īpartienda est iustis aūt uberior deferenda honorificentia Quicunque enim iustū receperit ī nomine iusti mercedem iusti accipiet ut dominus pronunciauit Tanta autem est apud deū hospitalitatis gratia ut ne potus quidem aquæ frigidæ a præmiis remuneratioīs īmunis sit Vides quia abraā

deum recepit hoſpitio dum hoſpites quærit. Vides quia loth angelos recepit. Vnde ſcis ne & tu cum ſuſcipis hominem ſuſcipias chriſtum. Licet in hoſpite ſit chriſtus quia chriſtus in paupere eſt ſicut ipſe ait: In carcere eram & ueniſtis ad me nudus eram & operuiſtis me. Suaue eſt igitur non pecuniæ ſed gratiæ ſtudere. Verum hoc malum iam dudum humanis influxit mentibus ut pecunia honori ſit & animi hominũ diuitiarum admiratione capiantur Inde ſe immerſit auaricia uelut quædam bonorum ariditas officiorum ut homines damnum putent quidquid præter morem impenditur Sed etiam in hoc aduerſus auariciam ne quod afferre poſſit impedimentũ proſpexit ſcriptura uenerabilis dicens quia melior eſt hoſpitalitas cum oleribus. Et infra melior eſt panis in ſuauitate cum pace Non enim prodigos nos docet eſſe ſcriptura ſed liberales. Largitatis enim duo ſunt genera Vnum liberalitatis alterum prodigæ effuſionis. Liberale eſt hoſpitio ſuſcipere nudum ueſtire redimere captiuos nõ habentes ſumptum iuuare Prodigum eſt ſũptuoſis effueſcere conuiuiis & uino plurimo. Vnde legiſti prodigũ eſt uinum & contumelioſa ebrietas Prodigũ eſt popularis fauoris gratia exinanire proprias opes quod faciunt qui ludis circenſibus uel etiam theatralibus & muneribus gladiatoriis uel etiã uenationibus patrimonium dilapidant ſuum ut uincant ſuperiorum celebritates cũ totũ illud ſit inane quod agunt Quãdo quidem etiam bonorũ operum ſumptibus ĩmoderatũ

esse non deceat Pulchra liberalitas erga ipsos quoque pauperes mensuram tenere ut hahundes pluribus nõ conciliandi fauoris gratia ultra modum fluere Quid quid ex affectu puro & sincero promit̃ hoc est decorũ Non supfluas ædificatioẽs aggredi nec prætermittere necessarias & maxime sacerdoti hoc conuenit ornare dei templum decore congruo ut etiam hoc cultu aula domini resplendeat. Impensas misericordiæ conueni entes frequentare quantum oporteat largiri pegrinis nõ supflua sed cõpetẽtia nõ redũdatia sed cõgrua huma nitati Ne sumptu paupeꝝ alienã sibi quærat gratiam nec restrictiorem erga clericos aut indulgentiorem se præbeat Alterum .n. inhumanum alterum prodigum si aut sumptus desit necessitati quos a sordidis negoti ationis aucupiis retrahere debeas aut uoluptati supflu at Quin etiã uerborum ipsorum & præceptorũ esse mensurã conuenit ne aut nimia remissio uideatur aut nimia seueritas. Pleriq;.n.remissiores malunt esse ut uideantur boni esse. Sed nihil simulatũ & fictũ seuere uirtutis esse certũ est quin etiã diuturnũ esse nõ solet quod inprĩcipio uernat ĩ pcessu tanq̃ flosculus dissipat̃ & soluitur Quod autẽ uerum ac sincerum alta fundat̃ radice Et ut exemplis assertiones nostras probemus quoniam quæ simulata sunt diuturna esse non possunt sed tanquam ad tempus uirentia cito decidunt ex ea fa milia ex qua nobis plurima ad uirtutis profectum ex- empla arcessiuimus unũ simulationis & fraudis profe ramus testimonium Absalon erat dauid regis filius

decore insignis egregius forma præstans iuuenta ita
ut uir talis in israel nõ reperiret A uestigio pedis usq;
ad uerticem immaculatus Is fecit sibi currus & equos
& uiros quinquaginta qui precurrerent ante eũ Surge
bat diluculo & stabat ante portam in uia & si quem ad
uertisset regis iudicia quærentem accedebat ad eum
dicens Ex qua ciuitate es tu respondebat Ex tribu
una sum de tribubus israel seruus tuus. Referebat ab
salon Verba tua bona sunt & directa & q te audiat non
est tibi datus a rege Quisqs cõstituet me iudicẽ & qs
quis ad me ueniet cuicunque fuerit iudiciũ necessariũ
iustificabo illũ talibus delinibat singulos sermonibus
Et cum accederent adorare eum extendens manus ap
præhendebat atque osculabatur eos Sic conuertit in se
corda omnium dum blanditie huiusmodi intimorum
tangunt uiscerum sensum Sed delicati isti & ambitiosi
elegerunt honorabilia & grata ad tempus & iocunda
Vbi parua processit dilatio quam prudens omnium
propheta paulisper cedendo interponendam putauit
nõ potuerũt tolerare ac sustinere Deniq; non dubitãs
de uictoria dauid comẽdabat filiũ dimicaturis ut ei par
cerent Ideoq; nec prælio ĩteresse maluit ne uel referre
arma paricidæ licet uideret sed tamen filio Liq̃t igit
ea esse perpetua ac solida quæ uera sunt & quæ sincere
potius quam dolo congregantur Ea uero quæ simula
tione atque assentatione parata sunt non posse diu per
seuerare Quis igitur uel illos qui pecunia ad obedien
tiam redimuntur uel eos qui assentatione inuitantur

fidos sibi arbitretur Nam & illi frequenter se uędere uolunt & ista imperia dura ferre non possunt. Leui assentatiuncula facile capiũtur Si perstrinxeris uerbo immurmurant deserunt infesti abeunt indignantes relinquunt imperare malunt quam obedire Quasi ob noxios beneficio subiectos sibi debere esse existimant quos præpositos sibi habere debeant Quis igitur sibi fideles putet quos uel pecunia uel adulatione sibi obli gandos crediderit Nam & ille qui pecuniam acceperit uilem se & despectum iudicat nisi sæpe redimatur Itaq; frequenter expectat pcium suum & ille qui obsecratio ne ambitus uidetur uult semper se rogari Ergo bonis actibus & sincero proposito nitendum ad honorem arbitror & maxime ecclesiasticum ut neque resupina arrogantia uel remissa neglientia sit neque turpis affectatio & indecora ambitio Ad omnia habundat animi directa simplicitas satisque se ipsa commendat In ipso uero munere neque seueritatem esse duram conuenit nec nimiam remissionem ne aut potestatem exercere aut susceptum officium nequaquam implere uideamur Enitẽdũ quoq; ut bẽeficiis atq; officiis obli gemus plurimos & collatã reseruemus gratiã ne iure beneficii fiant ĩmemores qui se grauiter læsos dolent Sæpe enim usu uenit ut quos gratia foueris uel aliquo superiore cumulaueris gradu auertas si ĩdigne aliquẽ eis præponendum iudices Sed & sacerdotem benefi-ciis suis uel iudiciis fauere conuenit ut æquitatẽ custo diat & pbrõ uel ministro deferre ut parenti Neque

offendi sacerdotem si aut presbiter aut mīster aut qsq̄
de clero aut misericordia aut ieiunio aut ītegritate aut
doctrina. aut lectione existimationem accumulet suam
Gratia enī ecclesiæ laus doctoris ē bonū opus alicuius
p̄dicari ita tamen si nullo studio fiat iactātiæ. Laudent
unumquenq; ꝓximorū labia & non suū os & cōmēdēt
opera nō studia sua. Cæterū si qs nō obediat ep̄o extol
lere atque exaltare sese desiderat obūbrare merita ep̄i
simulata affectatiōe doctrīæ aut humilitatis aut miseri
cordiæ is a uero deuius supbit: quoniā ueritatis ea ē re
gula ut nihil fuci commendandi tui causa quo mīor ali
us fiat neque si qd boni habeas id ad deformationem
alterius & uituperationem exerceas Non defendas
improbum & sancta indigno committenda arbitreris
Neque iterum urgeas & impugnes cuius crimen non
depræhenderis Nam cum in omnibus iniusticia cito
offendat Tum maxime in ecclesia ubi æquitatem
esse oportet ubi æq̄litatem haberi decet & ut nihil sibi
potētior plus uīdicet nihil plus usurpet ditior Siue enī
pauper siue diues ī christo unū sūt nihil sanctior plus
sibi arroget Ipsum enim par est esse humiliorem. Sed
nec personā alterius accipiāus ī iudicio. gratia absit cau
sā merita decernāt. nihil sic opinionē imo fidē grauat
quam si in iudicando potentiori dones causam inferio
ris uel pauperem innocentem arguas diuitem excuses
reum culpæ. Pronum quidem est genus hominum
fauere honoratioribus ne læsos sese putent ne uicti
doleant. Sed primum si offensam uereris non recipi

as iudicium . Si ſacerdos es aut ſi quiſquam alius non laceſſas licet tibi ſilere ĩ negocio dumtaxat pecuniario quanquam ſit conſtantiæ adeſſe æquitati . In cauſa autem dei ubi communiotnis periculum eſt : etiam diſſimulare peccatum eſt non leue Quid autem tibi prodeſt fauere diuiti An quia citius amantem remunerat His enim fauemus frequentius a quibus referendæ uicem ſperamus gratiæ Sed eo magis infirmo & inopi nos ſtudere conuenit quia pro eo qui non habet remunerationem ſperamus a domino ieſu qui ſub ſpecie conuiuii generalem uirtutum edidit formam ut his potius noſtra conferamus beneficia qui nobis ea non poſſint repræſentare dicens ad conuiuium atque epulas non eos qui diuites ſunt : ſed pauperes inuitandos diuites enim rogari uidentur ut ipſi quoque nobis reddant conuiuium . Pauperes qui non habent quid reſtituant cum acceperint remuneratorem nobis faciunt dominum qui ſe pro paupe obligandumobtulit : Ad ipſum quoque ſeculi uſum collatio beneficii acta in pauderes magis quam in locupletes plus iuuat quia diues dedignat̃ beneficiũ & pudet eũ debitorẽ eſſe gratiæ quin etiam id quod collatum eſt ſibi merits ſuis ar aogat quod uelut debitũ acceperit & ideo datũ ſit eo ꝙ qui dedit reddendum ſibi a diuite uberius extimauerit ita in accipiendo beneficio eo ipſo quod acceperint diuites dediſſe magis quam accepiſſe exiſtimant : paup̱ uero & ſi non habet unde reddat pecuniam refert gratiam In quo certum eſt quod plus reddat quam acce-

perit. Pecunia enim numo soluitur grattia nunquam exinanitur reddendo uacuatur pecunia: gratia autem & habendo soluitur & soluendo retinetur: Deinde quod diues refugit pauper fatetur ꝙ sit obligatus debito sibique subuentum non honori suo delatum putat donatos sibi arbitratur filios uitam redditam seruatam familiam. Quāto igitur melius apud bonos quā apud ingratos locare beneficium: unde dominus ad discipulos ait. nolite possidere aurum neque argentū neque pecuniam quæ uelut falce pullulantem in pectoribus humanis succidit auariciam. Petrus quoque claudo qui ex utero matris suæ portabatur ait. argentum & aurum non habeo sed quod habeo do tibi In nomīe iesu christi nazareni surge & ambula: Itaque pecuniā non dedit sanitatem dedit. Quanto melius est salutē habere sine pecunia quam pecuniā sine salute Surrexit claudus quod non sperabat pecuniam non accepit quā sperabat Sed hæc uix in sanctis dei reperiuntur ut diuitiæ cōtemptui sint Cæterum ita incubuerunt mores hominum admiratione diuitiarum ut nemo non diues honore dignus putetur neque hic recēs usus sed iam dudum quod peius est inoleuit hoc uicium humanis mentibus Si quidem cum ierico magna ciuitas tubarum sacerdotalium sono corruisset & Iesus naue potiretur uictoria cognouit infirmatam esse uirtutem populi per auariciam atque auri cupiditatem Nam cum de spoliis urbis incensæ sustulisset acaz uestem auream & ducenta argenti didragmata &

regulam aurea oblatus domino negare non potuit Sed prodidit furtum: uetus igitur & antiqua auaricia ē quæ cū ipsis diuīæ legis cœpit oraculis imo ꝓter ipām reprimendā lex data est Proter auariciam balaach putauit balaam præmiis posse tētari ut malediceret populo patrū & uicisset auaricia nisi doīnus a maledicto eū abstinere uetuisset: ꝓt̃ auariciā præcipitatus achaz in exitium deduxerat totam plebem parentum. Itaq; iesus naue qui potuit solē statuere ne procederet auariciam hominum non potuit sistere ne serperet Ad uocē eius sol stetit auaricia non stetit: Sole itaq; stante Iesus confecit triumphum auaricia autem procedente pene amisit uictoriā. Quid fortissimum omniū sanson nō ne dalidæ mulieris auaricia decepit. itaque ille qui rugiētē leonē maībus discerpsit q uictus & alienigenis traditus sine ullo adiutore solus dissolutis uinculis mille ex his peremit uiros qui funes ītextos neruis uelut mollia sparti filla dirupit is sup genua mulieris īflexa ceruice truncatus inuicti crinis ornatum prærogatiuā suæ uirtutis amisit influxit peccunia in gremium mulieris & a uiro discessit gratia. Feralis igit̃ auaricia illecebrosa pecunia quæ habētes cōtaminat nō habentes nō iuuat: Esto tamen ut aliquādo adiuuet pecunia Inferiorem tamen & ipsum desiderantem. Quid ad eum qui non desiderat? qui non requirit? qui auxilio eius non indiget? studio non flectit? quid ad alios? Sit ille copiosior qui habet. Nunquid idcirco honestior qui habet quo honestas plerunque amittitur

quia habet quod custodiat magis quã quod possideat
illud enim possidemus quo utimur Quod autẽ ultra
usum est non utique habet possessionis fructum sed
custodiæ periculum. Ad summam nouimus quod pe
cuniæ contemptus iusticiæ forma sit Et ideo auariciam
declinare debemus & omni studio intendere ne quid
faciamus unquam aduersus iusticiam sed in omnibus
gestis & operibns custodiamus eam Si uolumus com
mẽdare nos deo charitatẽ habeamus unanimes simus
humilitatem sequamur alter alterutrum existimantes
superiorẽ sibi Hæc est humilitas si nihil sibi quis ar-
arget & inferiorem se esse existimet. Episcopus ut
membris suis utatur clericis & maxime ministris qui
uere sunt filii Quem cuique uiderit aptum muneri ei
deputet Cum dolore amputatur etiam quæ putruit
pars corporis & diu tractatur si potest sanari medica
mẽtis Si nõ potest tũc a medico bono abscidit Sic epi
scopi affectus boni est ut optet sanare infirmos Serpẽ
tia auferre ulcera adurere aliq̃ nõ abscidere postremo
quod sanari non potest cum dolore abscidere Vnde
pulcherrimum illud præceptum magis eminet ut co-
gitemus non quæ nostra sunt sed quæ aliorum. Hoc
enĩ modo nihil erit quod uel irati nostro indulgeamus
affectui uel fauentes nostræ plus iusto tribuamus ali
quid uolunatti Hoc maximnm incentiuum miseri-
cordiæ ut compatiamur alienis calamitatibus necessita
tibus aliornm possumus iuuemus & plus interdum
quam possumus. Melius est ꝓ misericordia calumniæ

causas præstare uel inuidiam perpeti quã prætendere inclementiam ut aliquãdo nos in inuidiam incidimus quod confregerimus uasa mystica ut captiuos redimeremus quod arrianis displicere potuerat Nec tã factũ displiceret quam ut esset quod in nobis reprehẽderet. Quis autem est tam durus immitis ferreus cui displiceat quod homo redimitur a morte fœmina ab impuritatibus barbarorum quæ grauiores morte sunt adolescentulæ uel pueri uel infantes ab idolorum cõtagiis quibus mortis metu inquinabãtur Quam causam nos & si nõ sine ratione aliqua gessimus tamẽ ita in populo prosecuti sumus ut confiteremur multoque fuisse commodius astrueremus ut animas domino quam aurũ seruaremus Qui enim sine auro misit apostolos ecclesias sine auro congregauit Aurum ecclesia habet non ut seruet sed ut erroget ut subueniat in necessitatibus. Quid opus est custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri atque argenti de templo domini asirii sustulerint Nonne melius conflant sacerdotes proter alimoniam pauperum si alia subsidia desint quã sacrilegus contaminata asportet hostis Nõne dicturus est dominus cur passus es tot inopes fame mori Et certe habebas aurũ ministrasses alioniã Cur tot captiui deducti in cõmercio sũt nec redempti ab hoste occisi sunt melius fuerat ut uasa uiuentiũ seruares quam metalorum. His non posset responsum referri Quid enim diceres timui ne tẽplo dei ornatus deesset Responderet Aurum sacramenta non quærunt neq;

auro placent quæ auro non emuntur Ornatus sacramentorum redemptio est captiuorum . Vere illa sunt uasa preciosa quæ redimunt aninas a morte Ille uerus est thesaurus domini qui operatur quod sanguis eius est operatus Tnnc uas dominici sanguinis agnoscitur cum in utroq; uideo redemptionem ut calix ab hoste redimat quos sanguis a peccato redemit Quã pulchrũ ut cum agmina captiuorum ab ecclesia redimuntur dicatur hos christus redemit Ecce aurum quidem probari potest ecce aurum utile Ecce aurum christi quod a morte liberat ecce aurum quo redimitur pudicicia seruatur castitas Hos ergo malui uobis libros tradere quam aurnm reseruare hic numerus captiuorum hic ordo præstãtior est quam species poculorum huic muneri proficere debuit aurum redemptoris ut redimeret periclitãtes Agnosco ĩfusum auro sanguinẽ christi non solum inrutilasse uerum etiam diuinæ operatiõis impressisse uirtutem redẽptionis munere Tale aurũ sanctus martir laurẽtius domino reseruauit A quo cũ quærerent thesauri ecclesiæ promisit se demõstraturũ Sequenti die pauperes duxit Interrogatus ubi essent thesauri quos ꝓmiserat ostendit paupes dicẽs Hi sunt thesauri ecclesiæ Et uere thesauri ĩ qbus xp̃s ẽ in qbus fides ẽ Deniq; apostolus ait . Habẽtes thesaurũ ĩ uasis fictilibus Quos meliores thesauros habet xp̃s q̃ eos in qbus se ẽẽ dixit Sic.n.scriptũ ẽ Esuriui & dedistis mihi mãducare Sitiui & dedistis mihi bibere Hospes erã & collegistis me Quod .n.uni hoꝝ fecistis mihi fecistis

meliores iesus habet thesauros quam eos in quibus amat uideri? Hos thesauros demonstrauit laurentius & uicit quod eos nec persecutor potuit aufferre. Itaq; ioachim qui aurũ in obsidione seruabat nec dispẽsabat alimoniæ comparandæ & aurum uidit eripi & se in captiuitatẽ duci. Laurentius qui aurũ ecclesiæ maluit errogare pauperibus quam persecutori seruare pro singulari suæ iterprætationis uiuacitate sacrã martyrii accepit coronam. Nũquid dictum est sancto laurẽtio non debuisti errogare thesauros ecclesiæ Vasa sacramentorum uendere opus est ut quis fide sincera & pspicaci prouidentia munus hoc impleat Sane si in suã aliquis deriuat emolumenta crimen est Sin uero pauperibus errogat captiuos redimit misericordia ẽ Nemo potest dicere cur paup uiuit nemo potest queri quia captiui redempti sunt nemo potest accusare quia templum dei ædificatum est nemo potest indignari qa humandis fidelium reliquiis spacia laxata sunt nemo potest dolere quia in sepulturis xpianorũ requies est defũctorum In his tribus generibus uasa ecclesiæ etiã initiata cõfringere cõflare uẽdere licet Opus est ut de ecclesia mystici poculi forma nõ exeat ne ad usus nefarios sacri calicis mĩisteriũ trãsferat Ideo ĩtra ecclesiã primũ q̃sita sũt uasa q̃ ĩiciata nõ ẽẽnt deĩde cõminuta postremo cõflata p minutias erogatiõis dispẽsata egẽtibus captiuo℞ quoq; pciis ꝓfecerũt Quod si desũt noua & quæ nequaquam initiata uideantur in huiusmodi quos supra diximus omnia arbitror pie posse cõuerti

Illud sane & diligenter intuendũ est ut deposita uidua
rũ intemerata maneant sine ulla seruentur offensione
Non solum uiduarum sed etiam omnium. Fides eni
exhibenda est omnibus sed maior est causa uiduarum
& pupillorum denique hoc solo uiduarum noĩe sicut
in libris machabeorum legimus commendatũ tẽplo
omne seruatnm est Nam cum indicium factum esset
pecuniarum quas in templo hierosolimis maximas re
periri posse simõ nefarius ãtiocho regi ꝓdidit missus
in rem heliodorus ad templum uenit & summo sacer-
doti aperuit indicii inuidiam & aduentus sui causam.
Tunc sacerdos deposita esse dixit uiduarum uictualia
& pupillorum Quæ cum heliodorus ereptũ ire uellet
& regis uindicare cõmodis sacerdotes ante altare iacta
uerunt se induti sacerdotales stolas & deum uiuũ qui
de depositis legem dederat flentes inuocabãt ut custo
dem se preceptorum suorum præstaret uultus uero
& color summi sacerdotis ĩmutatus declarabat dolorẽ
animi & mentis intentæ solicitudinem flebant omnes
quod in cõtemptum locus uenturus foret si nec in dei
templo tuta fidei seruaretnr custodia. Accinctæque
mulieres pectus & clausæ uirgines pulsabãt ianuã ad
muros alii currebant per fenestras alii prospectabant
Omnes ad cœlum tendebant manus orantes ut suis
domĩus adẽẽt legibus Heliodorus aũt nec his territus
quod intenderat urgebat & satellitibus suis ærariũ se-
pserat cũ subito apparuit illi terribilis eqs armis ꝑful-
gẽs aureis equus aũt eius erat ĩsigni ornatus opertorio

Alii quoque duo iuuenes apparuerũt in uirtute inclita decore grato cum splendore gloriæ speciosi amictu q circumsteterũt eum & utraque ex parte flagelabant sacrilegũ sine ulla ĩtermissione cõtinuato uerbere Quid multa? circũfusus caligĩe ĩ terrã cõcidit & euidẽti diuinæ operatiõis iudicio exanimatus iacebat nec ulla spes in eo residebat salutis. Oborta est letitia metuentibus metus supbis. Deiectique ex amicis heliodori qdam rogabãt oniam uitam poscẽtes ei quoniam supremum gerebat spiritum Rogante itaque sacerdote summo iidem iuuenes iterum heliodoro apparuerunt iisdem amicti uestibus & dixerunt ad eũ Oniæ summo sacerdoti gratias age proter quem tibi uita est reddita Tu autem expertus dei flagella uade & nuncia tuis oĩbus quantã cognoueris templi religionẽ & dei potestatẽ. His dictis non cõparuerũt Heliodorus itaque recepto spiritu hostiam domino obtulit oniæ sacerdoti gratias egit & cũ exercitu ad regẽ reuertit dicẽs Si quẽ habes hostem aut insidiatorem rerum tuarum illuc illum dirige & flagellatum recipies eum. Seruanda est igitur filii depositis fides adhibenda diligentia egregie hinc nostrum enitescit ministerium si suscepta impressio potentis quẽ uel uidua uel orphani tollerare non q̃ant ecclesiæ subsidio cohibeatur si ostẽdatis plus apud uos mandatum dei q̃ diuitis ualere gratiã. Meministis ipsi quotiẽs aduersus regales impetus pro uiduarum imo omnium depositis certamen subierimus Commune hoc uobis cum mihi recẽs exemplum ecclesiæ ticinẽsis

proferam quæ uiduæ depoſitum quod ſuſcepat amit
tere periclitabatur Interpellante enim eo qui ſibi il-
lud imperiali reſcripto uendicare cupiebat clerici nõ
tenebant auctoritatem honorati quoque & interceſ-
ſores dati nõ poſſe præceptis imperatoris obuiari fe
rebant legebatur reſcripti forma directior magiſtri
officiorum ſtatura agens in rebus imminebat Quid
plura traditum erat tamen communicato mecum con
ſilio obſedit ſãctus epiſcopus ea cõclauia ad quæ trãſla
tum illud depoſitum uiduæ cognouerat Quod ubi nõ
potuit auferri receptum ſub chirographo eſt poſtea
iterum flagitabatur ex chirographo Præceptum impe
rator iterauerat ut ipſe per ſemetipſum nos conueni-
ret negatum eſt : & expoſita diuinæ legis auctoritate
& ſerie lectionis & heliodori periculo uix tãdem ratio
nem imperator accepit poſt etiam temptata fuerat ob
reptio ſed præuenit ſanctus epiſcopus ut redderet ui-
duæ quod acceperat fides interim ſalua eſt impſſio nõ
eſt formidini quia iam res non fides periclitabatur Fi
lii fugite improbos cauete inuidos inter improbum
& inuidum hoc intereſt : Improbus ſuo delectatur
bono inuidus torquetur alieno Ille diligit mala hic bo-
na odit ut prope tolerabilior ſit qui ſibi uult bene quã
qui male omnibus filii ante factum cogitate &cum diu
tius cogitaueritis tunc facite quod probatis . Laudabi
lis mors cum occaſio datur rapienda eſt Illico dillata
gloria fugit nec facile compræhenditur . Fidem diligi
te quoniam per fidem& deuotionem Ioſias magnum

ſibi ab aduerſariis amorē adquiſiuit quoniam celebra
uit paſcha domini cum eſſet annorum decē & octo quē
admodum nemo ante eum zelo itaque ut uicit ſuperio
ores ita & uos filii zelum dei ſumite exquirat uos dei
zelus & deuoret ut unuſquiſque ueſtrum dicat exqui
ſiuit me zelus domus tuæ Apoſtolus chriſti zelotes
dictus quid de apoſtolo dico Ipſe dominus ait zelus
domus tuæ comedit me Sit ergo dei zelus non iſte
humanus qui inuidiam generat ſit inter uos pax quæ
exuperat omnem ſenſum amate uos inuicem nihil cha
ritate dulcius nihil pace gratius & uos ipſi ſcitis ꝙ præ
cæteris uos ſemp dilexi & diligo quaſi unius patris fi
lii coaluiſtis in affectu meæ germanitatis quæ bona ſūt
tenete & deus pacis & dilectionis erit uobiſcum in do
mino Ieſu cui eſt honor & gloria & magnificentia &
poteſtas cum ſpiritu ſancto in ſecula ſeculoꝝ amen.

:FINIS. LIBRI SECVNDI.

.PRINCIPIVM TERTII.

DAVID PROpheta docuit nos tanquam in ampla domo deambulare in corde nostro & conuersari cum eo tanquam cum bono contubernali ut ipse sibi diceret & loqueretur secum ut est illud dixi custodiam uias meas Salomon quoque filius eius dicit bibe aquam de tuis uasis & de puteorum tuorum fontibus hoc est tuo consilio utere A qua enĩ alta cõsiliũ ĩ corde uiri Nemo ĩqt alienus particeps sit tibi Fons aquæ tuæ sit tibi proprius & iocundare cum uxore tua quæ est tibi a iuuẽtute Ceruus amiciciæ & pullus gratiarum confabulẽtur tecum Non ergo primus scipio sciuit solus nõ esse cũ solus esset nec minus ocio sus q̃ cũ ociosus esset Sciuit ante ipsũ moyses q cũ taceret clamabat cum ociosus staret præliabatur nec solum præliabatur sed etiam de hostibus quos non contigerat triumphabat adeo ociosus ut manus eius alii sustinerent nec minus quam cæteri negociosus q ocio sis manibus expugnabat hostem quem non poterant uincere qui dimicabant Ergo moyses & in silentio loquebatur & in ocio operabatur Cuius autem maiora negocia? quam huius ocia qui quadraginta diebus positus in monte totã legem complexus est & in illa solitudine qui cum eo loqueretur nõ defuit unde & dauid ait audiam quid loquatur ĩ me dominus deus & quanto plus est si cum aliquo deus loquatur quam ipse

ſecum? Tranſibant apoſtoli & umbra eorum curabat infirmos tangebant ueſtimenta eorum & ſanitas defluebat Sermonem locutus ē helias & pluuia ſtetit nec cecidit ſuper terrā tribus annis & ſex mēſibus Iterum locutus eſt & ydria farinæ non defecit & uas olei toto famis diuturnæ tempore non ē exinanitum . Et quoniā pleroſque delectant bellica quid eſt præſtātius exercitus magni lacertis an ſolis meritis cōfeciſſe prælium? Sedebat heliſeus in uno loco & rex ſyriæ magnā belli mollem inferebat populo patrum diuerſiſque conſiliorum acceruabat fraudibus & circūuenire inſidiis moliebatur Sed omnes eius apparatus propheta depræhēdebat & uigore mētis per gratiam dei ubique præſēs cogitationes hoſtium ſuis annūciabat & monebat quibus cauerent locis Quod ubi regi ſyriæ manifeſtatū ē miſſo exercitu clauſit prophetam Orauit Heliſeus & omnes eos cæcitate percuti fecit &captiuos intrare in ſamariam qui uenerant obſidere eum Conferamus hoc ocium cum aliorum ocio Alii enim reqeſcendi cauſa abducere animum a negociis ſolent & a conuētu cœtuque hominum ſubtrahere ſeſe & aut ruris petere ſecreta & captare agrorum ſolitudines aut intra urbē uacare animo & indulgere qeti & trāqlitati Heliſeus autem in ſoltudine iordanē trāſitu ſuo diuidit ut pars defluat poſterior ſuperior autē ī fontē recurrat aut in carmelo reſoluta difficultate generādi īopiā ſterilē cōceptiōe fecūdat aut reſuſcitat mortuos aut ciborum tēperat amaritudines & facit farinæ admixtione

dulcescere aut decem panibus distributis reliquias col ligit plebe saturata aut ferrū securis excussum & in flu uii iordanis mersum profundo misso in aquas ligno fa cit supernatare aut emundatione leprosum aut siccita tem imbribus aut famē mutat fecūditate Quādo ergo iustus solus est? qui cum deo semper est quādo solita rius est? qui nunquam separatur a christo qs nos sepa rabit inquit a dilectione crhisti cōfido qa neque mors neque uita neque āgelus Quando autem feriatur a ne gocio qui nunquā feriatur a merito quo consumat ne gocium Quibus autē locis circūscribitur cui totus mū dus diuitiarū possessio est qua æstimatione definitur qui nunquam opinione cōpræhēditur Et enī q̄si igno ratur & cognoscitur quasi moritur & ecce uiuit q̄si tri stis & semper ecce letior Aut egenus & largus q nihil habeat & possideat omnia Nihil enim expectat uir iu stus nisi quod constans & honestū est & ideo etiam si alii uideatur paup sibi diues ē q nō eorum quæ caduca sed eorū quæ æterna sunt æstimatione censetur.

CAPITVLVM SECVNDVM DE COMPARATIONE VTILIS ET HONESTI.

ET quoniam de duobus superioribus locis dixi mus ī quibus honestū illud & utile tractauimus seqtur utrū honestatem & utilitatē īter se cōparare de beamus & quærere qd sit sequēdū Sicut enī supra tra ctauimus utrū honestū illud an turpe esset & secundo

loco utrum utile an inutile Similiter hoc loco utrũ ho nestum sit an inutile nõnulli requirendum putãt Nos autẽ mouemur ne hæc inter se uelut compugnantia in ducere uideamur quæ iã supra unum esse ostẽdimus nec honestum esse posse nisi quod utile nec utile nisi quod honestũ quia nõ sequimur sapientiã carnis apud quam utilitas pecuniariæ istius cõmoditatis pluris ha betur sed sapientiã quæ ex deo est apud quam ea quæ in hoc seculo magna extimant̃ pro detrimẽto habent̃ Hoc ẽ enim catorthoma quod perfectũ & absolutum officium est & a uero uirtutis fonte proficiscitur Cui secundũ est cõmune officium quod ipso sermone signi ficatur nõ esse arduæ uirtutis ac singularis quod põt plurimis esse cõmune Nã pecuniæ compẽdia captare familiare multis est elegãtiore cõuiuio & suauioribus delectari epulis usitatũ est ieiunare aũt & cõtinẽtẽ esse paucorum ẽ alieni cupidũ non esse rarum est Contra autem detrahere uelle alteri & non esse contentũ suo Nam in hoc cũ plerisque consortium est Alia igit̃ pri ma alia media officia prima cũ paucis media cum pluri bus Deniq; in iisdẽ uerbis frequenter discretio est ali ter enim bonũ deum dicimus aliter hominẽ Aliter iu stũ deum appellamus aliter hominẽ Similiter & sapiẽ tem deum aliter dicimus aliter hominẽ quod & in euã gelio docemur Estote ergo & uos pfecti sicut & pater uester cœlestis pfectus est Ipsum Paulũ lego pfectũ & non perfectum Nã cum dixisset non quod iam acce perim aut ꝙ iã pfectus sim sequor autẽ ut cõpræhẽdã

stati subiecit qcunque enī pfecti sumus: duplex ē enim forma perfectionis alia medios alia plenos numeros habens : alia hic alia ibi : alia secundū hominis possibili tatē alia secundū perfectionē futurā Deus autē iustus p oīa sapiēs super oīa pfectus ī oībus Inter ipsos quoq; homines distātia est Aliter daniel sapiēs de quo dictū est qs daniele sapientior aliter alii sapientes aliter salo mon qui repletus ē sapiētia super omnē sapiētiam anti quorū & sup omnes sapientes ægipti Aliud ē enī com muniter sapere aliud sapere perfecte Qui cōmuniter sapit p temporalibus sapit p se sapit ut alteri detrahat aliquid & sibi adiungat Qui perfecte sapit nescit sua spectare cōmoda sed ad illud quod æternum est qd' de corū atq; honestū toto affectu intēdit quærēs nō quod sibi utile ē sed quod oībus . Itaq; hæc sit formula ut in ter duo illa honestū atq; utile errare nequeamus eo q iustus nihil alteri detrahēdū putet nec alterius incōmo do suū cōmodū augeri uelit Hanc formam tibi præscri bit apostolus dicēs Oīa licēt sed nō oīa expediūt oīa li cent sed nō oia ædificāt Nemo quod suū ē quærat sed quod alterius hoc ē nemo cōmodū suū quærat sed alte rius Nemo honorem suū quærat sed alterius unde & alibi dicit Alter alterum existimātes superiorē sibi nō quæ sua sunt singuli cogitātes sed quæ aliorum Nemo etiā suā gratiā quærat nemo suam laudem sed alterius quod euidēter etiā ī puerbiis declaratum esse aduerti mus dicēte sācto per salomonē spiritu Fili si sapiēs fue ris tibi sapiēs eris & proximis si autem malus euaseris

ſolus hauries mala Sapiens enim aliis conſulit ſicut iu ſtus quandoquidē concors ſui eſt utriuſque forma uir tutis Si quis igitur uult placere omnibus ꝑ omnia quæ rat non quod ſibi utile ſed quod multis ſicut quærebat & Paulus hoc eſt enim conformari chriſto alienum nō quærere nihil alteri detrahere ut adqrat ſibi. Chriſtus enim dominus cum eſſet in dei forma exinaniuit ſe ut formā ſuſciperet hominis quam operum ſuorum locu pletaret uirtutibus Tu ergo ſpolias quē chriſtus īduit tu exuis quē inueſtiuit chriſtus hoc enim agis quando alterius detrimēto tua commoda augere expetis.

CAPITVLVM TERCIVM DE IVVANDIS PROXIMIS ET MVTVA HOMINVM INTER SE DILIGENTIA.

Conſidera homo unde nomē ſumpſeris ab humo utiq; quæ nihil cuiq̄ eripit ſed oīa largitur omnibus & diuerſos in uſus omnium animantiū fructus miniſtrat inde appellata humāitas ſpālis & domeſtica uirtus hominis quæ conſortem adiuuat. Ipſa te doceat forma tui corporis membrorumq; uſus nunquid mēbrū tuum alterius membri officia ſibi uendicat? ut oculus officium oris aut os oculi officiū ſibi uēdicet ut manus pedum miniſterium aut pes manuū Quin etiā ipſæ manus dextra ac ſiniſtra diſpartita habēt officia pleraque

ut si usum cōmutes utriusq; aduersus naturā sit priuiq; totum hominem exuas q̄ mēbrorū tuorum ministeria cōuertas si aut de sinistra cibū suggeras aut de dextra fungaris ministerio sinistræ ut reliquias ciborum ab luat nisi forte poscat necessitas Finge hanc & da oculo uirtutem ut possit detrahere sensum capiti auditum auribus menti cogitationes odoratum naribus ori sa porem & sibi conferat Non ne omnem statum dis soluent naturæ Vnde pulchre apostolus ait si totum corpus oculus ubi auditus Si totum auditus ubi odo ratus Omnes ergo unum corpus sumus & diuersa mē bra sed omnia corpori necessaria non enim potest mē brum de membro dicere non est mihi necessarium Quinetiam ipsa quæ uidētur infirmiora membra esse multo magis necessaria sūt & maiorē plerūq; tuēdi se requirunt solicitudinē & si cui dolet mēbrū unum com patiuntur ei membra omnia Vnde quā graue est ut de trahamus aliquid ei cui nos compati oportet & cui de bemus consortium ministerii ei fraudi & noxæ simus Hæc utique lex naturæ est quæ nos ad omnē strīgit hu manitatem ut alter alteri tāquā unius partes corporis inuicem deferamus nec detrahēdū qdquā putemus cū cōtra naturæ legē sit nō iuuare Sic enī nascūt ut cōsētiāt mēbra mēbris & alterū alteri adhereat & obsequātur sibi mutuo ministerio Q, si unū desit officio suo impe diantur cætera Quod si eruat oculū manus non ne si bi operis sui usum negabit si pedem uulneret quanto rum sibi actuū profectū īuidit? & quanto grauius est

totũ corpus uiolat̃ utiq; in uno homine cõmunio totius humanitatis soluitur Violatur natura humani generis & sãctæ ecclesiæ cõgregatio quæ in unũ cõnexũ corpus atq; cõpactũ unitate fidei & charitatis adsurgit christus quoq; domĩus q ꝓ uĩuersis mortuus ẽ mercedẽ sãguĩs sui euacuatã dolebit Quid ꝙ etiã lex dñi hãc formã tenẽdã edocet ut nihil alteri detrahas tui cõmodi seruã di gratia cũ dicit Nõ trãsferas termĩos quos statuerũt patres tui Cũ uitulũ fratris tui errãtẽ reducẽdũ præci pit cũ furẽ mori iubet cũ uetat mercenariũ debita mer cede fraudari cũ pecuniã sine usuris reddẽdã cẽset sub uenire enĩ nõ habẽti humãitatis ẽ: duriciæ autẽ plus ex torquere q̃ dederis Et enĩ si ideo tuo auxilio eguit qa nõ habuit unde de suo redderet Nõ ne impiũ ẽ ut sub humãitatis simulatõe ãplius ab eo poscas q nõ hẽat ũde mĩus solueret Absoluis igit̃ alteri debitorẽ ut cõdẽnes tibi & hanc humãitatẽ uocas ubi est iniqtatis auctio hoc præstãus cæteris aĩmãtibus ꝙ alia genera aĩantiũ con ferre aliqd nesciũt Feræ autẽ eripiũt homines tribuunt unde & psalmista ait iustus miseret̃ & tribuit Sũt tamẽ qbus & feræ cõferãt si qdẽ colatione sobolẽ suã nutriũt & aues cibo suo pullos satiãt suos : homini autẽ soli tri butũ est ut oẽs tãq̃ suos pascat Debet istud ipo naturæ iure Q. si nõ licet nõ dare quo mõ detrahere licet nec ipæ leges nos docẽt quæ ea quæ detracta sũt alicui cũ i iuria psõæ aut rei ipius cumulo restitui iubẽt quo furẽ a detrahẽdo aut pẽis deterreãt aut mulcta reuocẽt põe tãen ut aliqs possit aũ penã nõ tĩere aũ mulctæ illudere

Nūquid dignum est ut aliquis alteri detrahat seruile hoc uicium & familiare ultimæ condicioni Adeo contra naturā ut īopia magis hoc extorquere uideat̃ q̄ natura suadere Seruorum tamen occulta furta diuitū rapinæ publicæ Quid autem tā cōtra naturam quā uiolare alterum tui cōmodi causa cum pro omnibus excubādum subeundas molestias suscipiendum laborem naturalis affectus persuadeat & gloriosum unicuique ducat̃ si periculis propriis quærat uniuersorum tranqlitatē Multūq; sibi unusqsq; arbitret̃ gratius excidia patriæ repulisse quā propria pericula præstātiusque sibi esse existimet quod operā suā patriæ impēderit q̄ si ī ocio positus trāquillā uitā uoluptatū copiis functus egisset Hinc ergo colligit̃ q̄ homo qui secundū naturæ formatus ē directionem ut obediat sibi nocere nō possit altari Quod si cui noceat naturā uiolet neque tātū esse cōmodi quod adipisci sese putet q̄tū incōmodi quod ex eo sibi accidat Quæ enī pœna grauior q̄m interioris uulnus consciētiæ? quod seuerius iudiciū q̄m domesticum? quo unusqsque sibi reus est seque ipse arguit q̄ īiuriā fratri indigne fecerit quod non mediocriter scriptura cōmēdat dicens Ex ore stultorum baculum contumeliæ Stulticia igit̃ cōdēnat̃ qa contumeliā facit Non ne hoc magis fugiendum q̄m mors q̄m dispēdiū q̄m iopia quā exilium q̄m debilitatis dolor Quis enī uiciū corporis aut patrimonii dānū nō leuius ducat uicio animi & existimatōis dispēdio liquet igit̃ id expetēdū & tenēdum oībus q̄ eadem singulorum sit utilitas

quæ sit uniuersorũ nihilque iudicãdũ utile nisi quod in cõmune ꝓsit Quo modo enĩ potest uni ꝓdesse quod inutile sit oĩbus mihi certe nõ uidet᷑ q inutilis ẽ oĩbus si bi utlis esse posse Et enĩ si una lex nat᷑æ oĩbus una uti que utilitas uniuersorũ Quod si una utilitas uniuerso rum ad cõsulẽdũ utique oĩbus naturæ lege constringi mur Nõ est ergo eius qui consultũ uelit alteri secundũ naturã nocere ei aduersum legẽ naturæ Et enĩ ii qui ĩ stadium currũt ita ferunt᷑ præceptis informari atque instrui ut unusquisque celeritate nõ fraude contendat cursuque quantũ potest ad uictoriã ꝑpet supplãtare autẽ alterꝝ aut mãu deiicere nõ ausit quãto magis ĩ hoc cursu uitæ istius sine fraude alterius & circonscriptiõe gerẽda nobis uictoria ẽ? Quærũt aliqui si sapiens in naufragio positus insipiẽti naufrago tabulã extorque re possit utrum debeat Mihi quidẽ &si præstabilius cõmuni uideatur usui sapiẽtem de naufragio q̃ inscipiẽ tẽ euadere tamẽ nõ uidet᷑ ꝙ uir christiãus & iustus & sapiens quærere sibi uitã aliena morte debeat utpote qui etiã si latronem armatum ĩcidat feriẽtem referire nõ possit ne dũ salutem defendit pietatem contaminet De quo in euãgelii libris apta & euidens sententia est Recõde gladiũ tuũ Omnis enim q gladio percusserit gladio ferietur Quis latro detestabilior quã persecu tor qui uenerat ut christum occideret sed noluit se christus persecutorum defendi uulnere qui uoluit suo uulnere omnes sanare Cui enim te potiorem alteri iudices? cum uiri sit christiani præferre sibi alterum

Nihil sibi arrogare nullum sibi honorē assumere non uendicare meriti sui premium Deīde cur tuum nō potius tolerare īcomodum quā alienū commodū diripere assuescas quid tā aduersus naturam quam non esse contentum eo quod habeas aliena quærere ambire turpiter Nam si honestas secundum naturā omnia enim fecit deus bona ualde turpitudo utique contraria ē Nō potest ergo honestati conuenire & turpitudini cū hæc inter se discreta naturæ lege sint Sed iam ut etiam in hoc libro ponamus fastigium in quo uelut ī fine disputationis nostræ dirigamus sententiam ut nihil expetendum sit nisi quod honestum nihil agit sapiēs nisi quod cum sinceritate sine fraude sit neque quidquam facit ī quo se crimīe quo quā obliget etiā si latere possit Sibi enim est reus prius quam cæteris nec tā pudēda apud eum publicatio flagitii quam consciētia est Quod nō fictis fabulis ut philosophi diputāt sed uerissimis iustorum uirorum exemplis docere possumus Non igitur ego simulabo terræ hiatum quæ magnis qbusdā dissiluerit soluta imbribus in quem descendisse gyges atq; ibi fabularium illum equum æneum offendisse a platone inducitur qui in lateribus suis fores haberet Quas ubi apuit animaduertisse anulum aureū in digito mortui hominis cuius illic corpus exanime iaceret auriq; auarū sustulisse anulum Sed cum se ad pastores recepisset regios de quorū numero ipse foret casu quodā q̄ paleā eius anuli ad palmā conuerterat ipse oīs uidebat atq; a nullo uidebat̄ deīde cū ī locū suū reuocasset

anulũ uidebatur ab omnibus Cuius ſolers factum mi raculi per anuli opportunitatem regiæ ſtupro potitus necem regi intulit cæteriſque interemptis quos necan dos putauerat ne ſibi impedimẽto forent lidiæ regnũ adeptus eſt Da inquit hunc anulum ſapienti ut benefi cio eius poſſit latere cũ deliquerit Nõ enĩ minus fugit peccatorum contagium quam ſi non poſſit latere Nõ enim latebra ſapienti ſpes impunitatis ſed innocentia eſt Denique lex non iuſto ſed ĩiuſto poſita eſt quia iu ſtus legem habet mẽtis ſuæ & æquitatis ac iuſticiæ ſuæ normam Ideoque non terrore pœnæ reuocatur a cul pa ſed honeſtatis regula Ergo ut ad propoſitum rede amus nõ fabuloſa pro ueris ſed uera pro fabuloſis ex empla proferam Quid enim mihi opus eſt fingere hiatum terræ equum æneum anulumque aureum ĩ di gito defuncti repertum: cuius anuli tanta ſit uis ut pro arbitrio ſuo qui eum ſit indutus anulum appareat cum uelit: cum autem nolit e conſpectu ſe præſentium ſubtrahat ut præſens non poſſit uideri nempe eo tẽdit ſtudio utrum ſapiẽs etiam ſi iſto utat̃ anulo quo poſſit propria flagitia celare & regnum aſſequi nolit ne pec care & grauius ducat ſceleris contagium pœnarũ dolo ribus an uero ſpe ĩpunitatis utat̃ ad ꝑpetrandũ ſcelus Quid inquam mihi opus eſt figmẽto anuli cũ poſſim docere ex rebus geſtis ꝙ uir ſapiẽs cũ ſibi ĩ peccato nõ ſolũ latendũ ſed etiã regnãdũ uideret ſi peccatũ admit teret e cõtra autẽ ꝑiculũ ſalutis cerneret ſi decliaret fla gitium eligeret tamen magis ꝑiculũ ſalutis ut uacaret

flagitio quã flagitium quod sibi regnum pararet De
nique Dauid cum fugeret a facie regis saul quod eum
rex cum tribus millibus uirorum electoꝝ ad inferẽdã
necẽ in deserto quæreret ingressus in castra regis cum
dormiẽtem offendisset nõ solum ipẽ non percussit sed
etiã protexit ne ab aliquo q simul ĩgressus fuerat pime
retur Nã cum diceret ei abessa conclusit dominus ho
die inimicum tuũ ĩ manibs tuis & nũc occidam eũ Re
spondit non consumas eum quoniã quis iniiciet manũ
suam in christum domini & purus erit & addidit uiuit
dominus quoniã nisi dominus prcusserit illum aut ho
ra illius uenerit ut moriatur aut in pugnã descenderit
& apponatur mihi non sit a domino iniicere manũ meã
in christũ domini Itaque non permisit necari eum sed
solam lanceam quæ erat ad caput eius & lenticulam su
stulit Itaque dormientibus cunctis egressus de castris
transiuit in cacumen montis & coarguere cœpit stipa
tores regios & pcipue pricipem militiæ abuer qꝫ neq̃q̃
fidam adhiberet custodiam regi & domino suo Deni
que demonstraret ubi esset lancea regis uel lenticula
quæ erat ad caput eius. Et appellatus a rege lanceam
reddidit Et dominus inquit restituat unicuique iusti
cias suas & fidẽ suã sicut tradidit te dominus ĩ manus
meas & nolui uĩdicare mãu mea ĩ christũ domini & cũ
hæc diceret timebat tamen ĩsidias eius & fugit sedem
exilio mutans non tamẽ salutẽ prætulit ĩnocẽtiæ cũ iã
secundo facultate sibi tradita regis necandi noluisset
uti occasiõis beneficio quæ & securitatẽ salutis metuẽti

& regnum offerebat exuli ubi opus fuit Ioanni gygeo anulo qui si tacuisset non esset occisus ab herode Præstare hoc illi potuit silentiũ suũ ut & uideretᷣ & non occideretur Sed quia non solum peccare se proter salutis defensionem passus non est sed ne alienum quidẽ peccatum ferre ac perpeti potuit ideo in se causam necis excitauit Certe hoc negare non possunt potuisse fieri ut taceret qui de illo gyge negant potuisse fieri ut anuli beneficio absconderetur Sed fabula & si uim non habet ueritatis hanc tamen rationem habet ut si possit celare se uir iustus tamen ita peccatum declinet quasi celare non possit Nec personam suam ĩdutus anulum sed uitam suam christum indutus abscondat sicut apostolus ait Quia uita nostra abscondita est cum christo in deo nemo ergo hic fulgere quærat nemo sibi arroget nemo se iactet. Nolebat se christus hic cognosci nolebat prædicari in euangelio nomen suum cum ĩ terris uersaretur uenit ut lateret seculum hoc & nos ergo simili modo abscondamus uitam nostram cristi exemplo fugiamus iactantiam prædicari nõ expetamus melius est hic esse in humilitate ibi ĩ gloria Cum christus inquit apparuerit tunc & uos cum illo apparebitis in gloria nõ uĩcat igitur honestatem utilitas sed honestas utilitatem hanc dico utilitatem quæ æstimatur secundũ uulgi opĩonẽ mortificetᷣ auaricia moriatur cõcupiscẽtia sãctus ĩ negociatõnẽ ĩtroisse se negat qa ꝑcioꝝ captare ĩcremẽta nõ sĩplicitatis sed uersutiæ ẽ & alius ait captãs ꝑcia frumẽti maledictus ĩ plebe ẽ definita ẽ sẽtẽtia

Nihil disputationi relinquēs : q̄le controuersū genus solet dicēdi esse cū alius allegat agriculturā laudabilē apud omnes haberi fructus terræ simplice esse quo plus qui seminauerit eo ꝓbatiorem fore uberiores redditus īdustriæ non fraudari negligētiam magis & incuriā ruris inculti repræhendi solere. Araui inquit studiosius uberius seminaui diligētius excolui. bonos collegi ꝓuentus solicitius recōdi seruaui fideliter pro uide custodiui. Nunc in tempore famis uendo subue nio esurientibus uēdo frumentum non alienum sed meū Non pluris quā cæteri imo etiā minore precio Quid hic fraudi est cū multi possent periclitari si nō haberēt quod emerēt Nū industria in crimen uocatur Num diligentia rep̄hendit̄ num ꝓuidentia uituperat̄ Fortasse dicat & ioseph frumēta ī habūdātia collegit ī caritate uēdidit. Num carius aliquis emere cōpellit̄ Nū uis adhibet̄ emptori omībus defert̄ emēdi copia nulli irrogat̄ iniuria. His igit̄ quantum cuiusq; fert ingenium disputātis exurgit alius dicens Bona est qui dē agricultura quæ fructus ministrat omībus quæ sim plici industria accumulat terraꝝ fecunditatē nihil doli nihil fraudis interserens Deniq; si quid uicii fuerit. plus dispendii est: quia si bene aliquis seminauerit melius metit. Si sincerū tritici granū fuerit puriorē ac sincerā messem colligit fecūda terra multiplicatū red dit ꝙ accepit fidelis ager fœneratos solet restituere ꝓuētus De redditibus igit̄ uberis glebæ expectare de bes tui mercedem laboris de fertilitate pinguis soli

iusta sperare cōpēdia. Cur ad fraudē cōuertis nature industriam. Cur inuides usibus hominū publicos par tus. Cur populis minuis habundātiam cur affectas in opiam cur optari facis a paupibus sterilitatē cū enī nō sentiunt beneficia fecunditatis te auctionāte & precio condente frumētum optāt potius nihil nasci q̄ te de fa me publica negociari. Ambis frumētorum indigentiā alimentorum penuriam uberis soli partus ingemiscis fles publicam fertilitatem horrea frugum plēa deplo ras. Exploras quādo sterilior ꝓuentus sit quando exi lior partus Votis tuis gaudes arisisse maledictū ut nihil cuiq̄ nasceret̄. Tunc messem tuam uenisse letaris tunc tibi de omniū miseria congeris opes & hanc tu in dustriam uocas hāc diligentiā nomīas quæ calliditatis uersutia quæ astutia est fraudis. Et hoc tu remediū uo cas quod ē cōmentū nequicie Latrociniū hoc ā fœnus appellem⁹ captantur tanq̄ latrocinii tempora quibus ī uiscera hominū durus insidiator obrepas. Auget̄ pre tium tanq̄ sorte cumulatum fœnoris quo periculū ca pitis aceruatur. Tibi conditæ frugis multiplicat̄ usura Tu frumentū quasi fœnerator occultas quasi uēditor auctionaris. Quid īprecaris male ōnibus quia maior futura sit fames quasi nihil frugum supsit quasi īfecū dior annus sequatur lucrum tuum dānū publicum est Ioseph sanctus ōnibus apuit horrea nō clausit nec præ tia captauit annonæ sed penne subsidiū collocauit nihil sibi adquisiuit sed quē ad modū fames etiā īposterū uinceretur prouida ordinatiōe disposuit. Legisti quē

ad modum huuc frumentarium prætii captatorem ex ponat in euangelio dominus iesus cuius possessio diui tes fructus attulit & ille quasi egens dicebat. Quid faciam. Non habeo quo congregem. Destruam hor rea mea & maiora faciam cum scire non posset utrū sequenti nocte anima sua ab eo reposceretur. Nescie bat quid faceret quasi ei alimenta deessent herebat ambiguo non capiebāt annonam horrea & ille se ege re credebat recte igitur salomon qui continet inquit frumentum relinquet illud nationibus nō hæredibus quoniam auariciæ emolumētum ad successorum iura non peruenit. Quod non legitime adquiritur quasi uentis quibusdam ita extraneis diripientibus dissipa tur. Et addidit. Captās annonā maledictus in plebe est benedictio autē ī capite eius qui participat. Vides ergo quod largitorem frumenti esse deceat non præ tii capatatorē. Non est igitur ista utilitas in qua plus honestati detrahitur quam utilitati adiungitur sed & illi qui peregrinos urbe prohibent nequaquam ꝓban di expellere eo tempore quo deberent iuuare separa re a commertiis communes parentes fusos omnibus partus negare. Inita iam consortia uiuendi auocare. Cum quibus fuerint communia iura cum his nolle in tēpore necessitatis subsidia partiri feræ non expellūt feras & homo excludit hominem feræ & bestiæ com munem putaut omnibus uictum quem terra mīistrat illæ etiam conformem generis sui adiuuant homo im puguat qui nihil a se alienū debet credere quidquid

humani ē. Quāto ille rectius qui cum iam ꝓuecta ꝓcessisset ætate & famē toleraret ciuitas atq; ut ī tali bus solet peterēt uulgo ut peregrini urbe prohiberēt præfecturæ urbanæ curam cæteris maiorem sustinēs conuocauit honeratos & locupletiores uiros poposcit ut in medium consulerent dicens tam immane esse pe regrinos eiici quam hominem exui qui cibum morien ti negaret. Canes ante mensam impastos esse non pa timur & homines excludimus quam inutile quoq; tot populos mundo perire quos dira conficiebat tabes. Quantos urbi suæ perire qui solerent adiumento ēē uel in conferendis subsidiis uel in celebrādis commer tiis. Neminem famem alienam iuuare protrahere ut plurimum diem posse non inopiā repellere. Imo tot cultoribus extinctis tot agricolis occidētibus occasura in perpetuum subsidia frumentaria hos igitur excludi mus qui uictum nobis inferre consueuerunt hos nolu mus in tempore necessitatis pascere q nos omni ætate pauere. Quāta sunt quæ ab ipsis nobis hoc ipso tēpo re ministrantur. Non in solo pane uiuit homo. No stra illic familia pleriq; etiā nostri parētes sunt. Red damus quod accepimus sed ueremur ne cumulemus inopiam primum omnium misericordia nunquam de stituitur sed adiuuatur. Deinde subsidia annonæ quæ his impartiēda sunt collatiōe redimamus reparemus auro. Numquid his deficientibus non alii nobis redi mendi cultores uidentur quanto uillus ē pascere quā emere cultorem? Vbi etiam repares ubi etiā īuenias

quem reformes: adde si inuenias quod ignarum & alieni usus numero possis substituere nō cultui. Quid plura: collato auro coacta frumēta sunt. Ita nec habū dantiā urbis minuit & peregrinis alimoniam submini strauit. Quātæ hoc cōmendationis apud deū fuit san ctissimo seni: quātæ apud hoīes glorie: hic magnus ue re ꝓbatus qui uere potuit īperatori dicere demōstrās prouīciæ totius populos hos tibi omēs reseruaui oēs hi uiuūt beneficio tui senatus hos tua cura iā morti ab stulit. Quāto hoc utilius: quā illud quod proxime romæ factū ē eiectos esse urbe amplissima q plurimā illic iā ætatē trāsegerant flentes cum filiis abisse qbus uelut ciuibus admoliēdū exiliū deplorarēt īterruptas cōpluriū necessitudines direptas affinitates: & certe arriserat anni fecūditas īuecticio urbs sola egebat fru mēto potuisset iuuari: si peteret ab italis frumentum quorū filii expellebāt. Nihil hoc turpius excludere q̄si alieū exigere q̄si suū. qd illū eiicis q de suo pascit qd illū eiicis q te pascit seruū reties trudis parētē fru mētū suscipis nec affectū īptis Victū extorques nec re pēdis gratiā. Quā deforme hoc quā īutile: quo mō enī potest esse utile quod nō deceat: quātis corpora torū subsidiis dudū roma fraudata est. Potuit & illos nō amittere & euadere famē expectatis uētorū oppor tunis flatibus & speratarū cōmeatu nauiū. Quā uero illud supius hoēstū atq; utile. Quid enim tā decorū atq; hoēstū quā collatioē locupletū iuuari egentes mīi strari uictū esurientibus nulli cibū defore. Quid tam

utile quã cultores agro reseruari non īterire plebē ru sticanorū. Quod hōestū igit & utile est & quod uti le honestū. Et cōtra quod iutile īdecorū quod autē in decorū id etiā iutile: Quādo maiores nostri seruicio exire potuissent nisi id non solū turpe sed etiam īutile credidissent regi seruire egyptiorum? Iesus quoq; & caleph missi ad explorandā terrā Vberem qdem ter ram sed a ferocissimis īhabitari gentibns nūtiauerunt Terrore belli populus īfractus recusabat terræ eius possessionem suadebāt missi exploratores iesus & ca leqh terram esse utilē. Indecorū putabāt cædere nati onibns lapidari potius eligebāt quod minabātur plus quam decedere de honestate. Dissuadebant alii ple bes reclamabat dicens aduersus diras & asperas gen tes bellū fore cadendū sibi ī prelium mulieres suas & pueros direptioni futuros. Exarsit domini īdignatio ut omnes uellet pdere. Sed rogāte moyse tempauit sententiā ultionē distulit. Satis ēē pfidis suplicii iudi cans & si parceret īterim ne pcuteret incredulos ad eā tamē terram quā recusauerāt proter īcredulitatis suæ præciū non puenirent sed pueri & mulieres q non im murmurauerant uel sexu uel ætate ueniabiles caperēt eius terræ promissam hæreditatē. Deniq; quicunq; erant a uigessimo anno & supra in deserto eorū mem bra ceciderūt. Sed aliorū dilata pœna est qui aūt ascē derunt cū iesu & dissuadendum putauerunt plaga ma gna statī mortui sunt iesus uero & caleph cum īnoxia ætate uel sexu ī terrā promssionis ītrarūt. Pars igit

melior gloriā ꝑtulit saluti detrior salutē hōestati. Diuīa
aūt sentētia eos ꝓbauit q honesta utilibus pstare arbitra
bāť eos uero cōdēnauit ap̄ quos ea q̄ uidebāť saluti po
tius q̄ hōestati adcōmoda ꝑpōderabant nihil itaqȝ detor
mius q̄ nullū habere amorē honestatis & usu quodā de
generis mercaturæ qstu solicitari Ignobili uirū æstua
re corde diebus ac noctibus īhiare ī alieni detrimēta pa
trīonii nō eleuare aīmū ad hōestatis nitorē nō cōsidera
re uere laudis pulchritudinē Hīc nascūť aucupio q̄sitæ
hereditates cōtinētie atqȝ grauitatis simulatiōe captatæ
qꝫ abhorret a ꝓposito christiāi uiri. Omne enī qꝫ arte eli
citū & fraude cōpositū est caret merito simplicitatis. In
ipis q nullū ecclesiastici ordīs officiū recepit īcōgrua iu
dicať affectate ābitio hereditatis. Sie ī supmo fine uite
poītos suū habere iudiciū ut libere testēť quod sentiūt
q postea nō sūt emēdaturi cū honestū nō sit cōpetētia cō
pēdia aliis uel debita uel parata auertere cū uel sacerdo
tis uel miīstri sit ꝓdēē si fieri pōt oībus obēē nemīi. De
niqȝ si nō pōt alteri subuēire nisi alter ledať cōmodius ē
neutrū iuuari q̄ grauari alterū. Ideoqȝ in caīs pecuniariis
īteruēire nō ē sacerdotis ī qbus nō pōt fieri qn frequen
ter ledaťalter q uinciť quoniā intercessoris beneficio se
uictū arbitrať. Sacerdotis ē igiť nulli nocere ꝓdēē uelle
oībus posse aūt solius ē dei. nā ī cā capitis nocere ei quē
iuuare debeas piclitātē nō sine peccato ē graui In cā aūt
pecunie odia q̄rere īsipiētie ē cū ꝓ salute hoīs graues fre
q̄nter fiāt molestie ī quo ēt piclitari gloriosū sit. ꝓposi
ta igiť forma in sacerdotis officio tēcať ut nulli noceat
ne lacessitus qdē & aliq̄ īiuria offēsus. bonus ē enī uir q

dixit. si reddidi retribuētibus mihi mala. q̄ enī ē gloria si eū nō ledīus q nos nō leserit sed illa uirtus ē si lesus reīttas. q̄ hoēstū q cū potuisset regi īimico nocere malu it parcere. q̄ ēt utile? q successori hoc pfuit ut discerent oēs fidē regi seruare pprio nec usurpare īpiū sed uereri Itaq3 & hoēstas utilitati plata ē & utilitas secuta hoēstatē ē parꝝ ē q pepcit addiditq3 ēt ī bello doluit occisū & flebi liter deplorauit dicēs. mōtes q estis in gelboe neq3 ros neq3 pluuia cadat sup uos mōtes mortis quoīā ibi subla ta ē ptectio potētiū ptectio Saul nō ē ūctus oleo sed san guīe uulneratorꝝ & ex adipe belligerātiū. sagita iōathæ nō ē reuersa retro & gladius saul nō ē reuersus uacuus. Saul & iōathas speciosī & carissimi īseparabiles in uita sua & ī morte nō sūt separati sup aqlas ueolociores super leōes potētiores. filie israel plorate sup saul q uestiebat uos uestimēta coccinea cū ornamēto uestro q īpōebat au rū sup uestimēta uestra. quo mō ceciderūt potētes ī me dia pugna iōathas ī morte uulneratus ē doleo ī te frater iōatha speciosus mihi ualde. ceciderat āor tuus ī me sup āorē mulierꝝ. quo mō ceciderūt potētes & pierūt arma cōcupiscēda q̄ mater sic unicū defleret filiū queadmodū hic defleuit īimicū? qs gratie auctorē tātis psequeret laudi bus? qntis iste psecutus ē īsidiatorē capitis sui? q̄ pie do luit qnto īgēuit affectu? aruerūt mōtes pphetico maledi cto & diuīa uis sētētiā maledicētis īpleuit Itaq3 p regie necis spectaculo penā elemēta soluerūt. qd uero sancto nabuthe q̄ fuit cā mortis nisi hoēstatis cōtēplatio? nā cū ab eo uīeā rex posceret pecūiā daturū se pollicēs īdecō rū ptiū p paterna recusauit hereditate maluitq3 morte decliare huiusmodi turpitudīē. nō mihi īqt faciat doīnus

ut dē tibi hereditatē patrū meoꝝ.hoc tātū mihi obꝓbri
um nō fiat nō pmittat deus tātū extorq̄ri flagitiū.nō uti
q; de uitibus dicit neq; enī de uitibus cura ē deo neq; de
terrēo ſpatio ſed de iure loq̄t̃ patrū.potuit utiq; & alte
rā uīeā de uīeis regis accipe & āicus ēē ī quo nō medio
cris ſeculi huius utilitas extīari ſolet ſed q̄ turpe erat iu
dicauit nō uideri utile maluitq; piculū cū hōeſtate ſubire
q̄ utilitatē cū obꝓbrio uulgare.utilitatē loquor nō illā ī
qua hōeſtatis ēt gratia ē dēiq; & ipē rex potuit extorq̄
re ſed īpudēs arbitrabat̃ ſed occiſū doluit.domius quo
q; mulieris īmāitatē q̄ hōeſtatis īmēor turpe ātetulit lu
crum congruo ſupplicio plectendam annuntiauit. Tur
pis itaq; oīs ē fraus.dēiq; ēt ī rebus uilibus execrabilis
ē ſtatere fallacia & fraudulēta mēſura.ſi ī foro rerū uēa
liū ī uſu cōmerciorū fraus plectit̃ pōt ne īrephēſibilis ui
deri īter officia uirtutū.clāat ſalomō pōdus magnum &
exiguū & mēſure duplices īmūda ſūt corā doīno.ſupra
quoq; ait ſtatera adultera aboīatio ē dōino pōdus autē
æquū acceptabile ē illi.ī oībus igit̃ decora eſt fides iuſti
cia grata mēſura eq̄tatis iocūda.qd aūt loq̄r de cōtracti
bus cetrris ac maxīe de coēptiōe p̄dioꝝ uel trāſactioni
bus atq; pactis.̃nō ne formule ſūt dolū malū abēē.̃eūq;
cuius dolus fuerit dep̄hēſus duplici pene obnoxiū fore
Vbiq; igit̃ hōeſtatis p̄pōderat cōſideratio q̄ dolū exclu
dit fraudē eiicit ūde recte gēeralē dauid ꝓmpſit ſentētiā
dicēs nec fecit ꝓxīo ſuo malū Nō ſolū itaq; ī cōtractibus
in qbus ēt uicia eoꝝ q̄ ueniāt ꝓdi iubētur ac niſi ītimaue
rit uēditor quāuis ī ius ēptoris trāſcripſerit doli actiōe
uacuantur ſed etiā generaliter in omnibus dolus ab
eſſe debet aperienda ſimplicitas intimanda ueritas eſt

Veterē istā de dolo nō iurisperitorū formulā sed patri
archarū sentētiā scriptura diuīa euidēter expssit ī libro
testamēti ueteris q iesu naue īscribit̃. nā cū exisset fama
p populos siccatū ēē mare ī hebreorū trāsitu fluxisse aq̃
de petra de celo diurnā miīistrari alīoniā tot populi mil
libus abūdātē corruisse muros iericho sacro tubaꝝ sōo
ictu & ululatu plebis arietatos getho hoꝝ quoq; regē ui
ctū & suspēsū ī lignū usq; ad uespū gabaōite metuentes
ualidā māū uēerūt cū uersutia simulātes se de terra lō
gīqua diuq; pegrīatos dirupisse calciamēta detriuisse a
mictū uestiū qꝛꝝ uet̃ ascētiū īdicia mōstrarēt cām aūt tāti
laboris emerēde pacis & īeūde cū ebreis ēē āicitie cupi
ditatē & ceperūt a iesu naue poscere ut secū firmaret so
cietatē. & qa adhuc erat ignarus locoꝝ atq; īcolaꝝ īsciuſ
nō cognouit fraudes eoꝝ neq; deū īterrogauit sed cito
credidit. adeo sācta erat illis tēporibus fides ut fallere
aliquos posse nō crederet̃. qs hoc repħēdat ī sāctis q ce
teros de suo affectu extimāt & qa ipis āica ē ueritas mē
tiri nēinē putāt fallere qd sit ignorāt. libēt̃ credūt quod
ipi sūt nec possūt suspectū habere ꝙ nō sūt. hic salomon
ait īnocēs credit oī uerbo Nō uitupāda facilitas sed lau
dāda bōitas hoc ē īnocētē ēē ignorare ꝙ noceat & si cir
cūscribit̃ ab aliquo de oībus tamē bene iudicat q fidē ēē
ī oībus arbitrat̃. hac igit̃ mētis sue deuotiōe īclīatus ut
crederet testamētū disposuit pacē dedit cōfirmauit soci
etatē. sed ubi ī terras eoꝝ uētū ē depħēsa fraude ꝙ cū es
sēt fiitimi aduēas se ēē simulauerūt circūscriptū sese po
pulus patrū īdignari cepit. Iesus tamē pacē q̃ dederat re
uocādā nō cēsuit quia firmata erat sacramenti religione

Ne dū alienā pfidiā arguit suam fidem solueret mulctauit eos tamen uilioris obsequio ministerii. Clemētior sententia sed diuturnior. Manet enī officiis poena ueteris astutiæ hæreditario ī hūc diem ministerio deputata. Nō ergo in hæreditatibus adeundis digitornm pcussiones & nudi successoris salutatiōes notabo nam hæc etiā uulgo notabilia Nō simulatæ piscationis compositas copias ut ēptoris illiceretur affectus. Cur enim tā studiosus luxuriæ ac deliciarū reptus ē ut huiusmodi fraudi pateret? Quid mihi tractare de siracusano illo amoeno secretoq; recessu & de siculi hominis calliditate qui cū peregrinū aliquē repperisset cognito q cupidus esset ortorū uenaliū ad cœnā in ortos rogauerit: Promisisse iuitatū postridie uenisse ostendisse illic magnā piscatorū multitudinem exquisitis copiis adornatū cōuiuiū in prospectu cœnantiū ante ortulos compositos piscatores ubi nūquam ante iaciebāt retia Vnus quisq; quod ceperat certatī offerrebat cpulantibus supra mensam pisces igerebant oculos recūbentium resilientes ueberabant. Mirari hospes tantam copiam pisciū tātarumq; numerum cimbarum. Respōsum quærenti dictum ē aquationē illic ēē dulcis aquæ gratia īnumerabiles eo pisces cōuenire qd multa pellexit hospitē ut sibi extorqueret ortos uendere uolens cogitur præciū grauatus suscipit. Sequenti die ad ortos emptor cum amicis uenit nauigium nullum īuenit Percūtāti num aliqua piscatoribus eo esset die feriarū solennitas. Respondetur nulla nec unquam illic

præter hesternũ piscari solitos. Quã hic redarguendi haberet auctoritatem doli qui tã turpe captarit aucupium deliciarum. Qui alterum peccati arguit ipse a peccato debet alienus esse. Nõ ergo huiusmodi nugas ego in hanc ecclesiasticæ censiõis auctoritatem uocabo quæ generaliter codemnat omnem turpis lucri appetentiam breuiq; sermonis compendio excludit lenitatem ac uersutiam. Nam de illo quid loquar qui de eo testamento quod ab aliis licet factum falsum tamẽ cognouerit heræditatem sibi aut legatum ueudicet & lucrum quærat alieno crimine cum etiam leges publicæ eum qui sciens falsum utitur tamquã reum facinoris astringant. Regula autem iusticiæ manifesta est quod a uero declinare uirum nõ decet bonũ & damno ĩiusto afficere quemquam nec doli aliquid adnectere fraudis ue cõponere. Quid euidentius eo quod ananias qui fraudauit de præcio agri sui quem ipse uendiderat & portiõem præcii tãquã summæ totius numerum ante pedes posuit apostolorũ. Sicut reus fraudis interiit. Licuit utiq; illi nihil offerre & hoc sine fraude fecisset sed quia fraudem admiscuit non libertatis gratiã reportauit sed fallaciæ pœnam exoluit. Et dominus in euangelio cum dolo accedẽtes repudiabat dicens Vulpes foueas habẽt quoniam ĩ simplicitate cordis & ĩ innocentia iubet nos uiuere. Dauid quoq; ait. Sicut nouacula accuta fecisti dolum nequitiæ arguens proditorem eo quod instrumentum huiusmodi ad hominis adhibetur ornatum & plerumq; ulcerat. Si qs

igitur prætendat gratiam & dolum nectat proditoris exemplo ut eum quem protegere debeat & prodat ad mortem instrumenti istius comparatione celetur quod ebriæ mentis & titubantis uicio manus uulnera re. consueuit. Sicut iste maliciæ ebrius uino per funestæ proditionis indicium abimelech sacerdoti necem detulit eo ꝙ prophetam hospitio recepisset quem rex inuidiæ accensus stimulis persequebatur. Purū igit̃ ac sincerum oportet esse affectum ut unusquisq; simplicem sermonem proferat uas suum in sanctitate possideat nec fratrem circumscriptione uerborum inducat. Nihil ꝓmittat inhonestū at si promisserit tolerabilius ē promissum non facere quam facere quod turpe sit. Sæpe pleriq; constringunt seipsos iurisiurādi sacramēto & cū ipsi cognouerit ꝓmittēdū non fuisse sacramēti tamē cōtēplatiōe faciūt quod spopōderūt sicut de herode supra scripsimus qui saltatrici premium turpiter ꝓimsit crudeliter soluit. Turpe ꝙ regnum ꝑ saltatiōe ꝓmittit̃ crudele ꝙ mors ꝓphetæ ꝑ iurisiurādi religiōe dōat̃. Quāto tolerabilius tali fuisset piuriū sacramēto. Si tamē piuriū posset dici ꝙ ebrius ītra uina iurauerat ꝙ adiuratus īter saltātiū choros ꝓmiserat īfert̃ disco ꝓphetæ caput & hoc extiatū ē fidei ēē quod amētiæ fuit. Neq; ūq̄ adducar ut credā non īcaute ꝓmisisse prīcipē iepte ut imolaret domino quidquid sibi reuertēti intra limē domus suæ occurrerit cum & ipsum uoti pœnituerit sui postquā filia occurit sibi denique conscidit uestimenta sua & dixit heu me filia.

Impedisti mihi stiulus doloris facta es mihi. Quod licet pio metu ac fortitudine acerbitatem duræ solutionis impleuerit tamen luctum annuum etiam posteris deplorandum statuit ac dereliquit. Dura promissio acerbior solutio quam necesse habuit lugere etiã ipse qui fecit. Deniq; factum est præceptum & decretum in israel ex diebus in dies. Ambulabunt inquit filiæ populi israel lugentes filiam iepthe galaaditis quatuor diebus in anno. Non possum accusare uirũ qui necesse habuit implere quod uouerat sed tamen miserabilis necessitas quæ soluitur patricidio melius est non uouere quã uouere id quod sibi cui promittitur nolit exolui. Deniq; ĩ ysaac habemus exemplum pro quo arietem dominus statuit imolari sibi: Nõ semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Dẽiq; ipse dõius frequenter suam mutat sententiam sicut scriptura indicat. Nam & in eo libro q scribitur numeri ꝓposuerat percutere morte & perdere populũ sed postea rogatus a moyse reconciliatus est populo suo. Et iterũ ad moysen & aaron ait. Diuidite uos de medio synagogæ huius & consumabo eos simul. Quibus discedentibus a cœtu dathã & abirõ atq; chore subito ĩpios terra prærupto soluta hiatu absorbuit. Præcellentius & antiquius istud exemplum de filia iepthe quam illud quod memorabille habetur apud philosophos de duobus pytagoreis. Quorum alter cum a tyranno dionisio capitis damnatus esset præscripto mortis die poposcit ut domum pergendi ei facultas daretur ut com

cõmendaret suos Ac ne reuertẽdi nutaret fides uadẽ
mortis obtulit ea conditione ut si ipse deforet ad cõsti
tutum diem uas eius sibi ꝑ eo moriendum agnosceret
Nec qualitatem sponsionis qui offerebatur recusauit
constantiq; animo diem necis præstolabatur. Itaq; al
ter se nõ subtraxit alter ad diem recepit quod eo usq;
fuit mirabile ut tyrannus eos sibi ĩ amiciciam adscisce
ret quorum urgebat ꝑiculum. Quod ergo inspectatis
& eruditis uiris plenum miraculi hoc in uirgĩe mnlto
magnificentius multoq; illustrius depræhẽditur quæ
ingemiscẽti patri ait fac mihi ut exiuit de ore tuo. Sed
spatium duorum poposcit mensiũ ut cũ æqualibus cõ
uentũ ageret in montibus quæ uirginitatem eius præ
destinatam neci pio affectu ꝓsequerent̃ nec fletus æq̃
lium mouit puellã nec dolor flexit nec gemitus retar
dauit nec dies præteriit nec fefellit hora Rediĩ ad pa
trem quasi ad uotum rediret & uoluntate propria cun
ctãtem impulit fecitq; arbitratu spontãeo ut quod erat
fortuitum impietatis fieret pietatis sacrificium. Ecce
tibi iudith se offert mirabilis quæ formidatum popu
lis olofernen adiit syrorum triumphali septum cater
ua quem primo forme gratia & uultus decore percu
lit deinde sermonis circumscripsit elegantia. Primus
triumphus eius fuit quod integrum pudorẽ de taber
naculo hostis reuexit. Secundus quod fœmĩa de uiro
reportauit uictoriam fugauit populos cõsilio suo hor
ruerunt per se audaciam eius Vtiq; quod ĩ illis pitha
goreis duobus mirantur nõ expauit mortis periculũ

ſed nec pudoris, quod ē grauius bōis fœminis nō ictū carnificis ſed nec totius exercitus tela trepidauit. Stetit īter cuneos bellatorū fœmina īter uictritia arma ſecura mortis. Quātū ad mollē ſpectat piculi moritura ꝓceſſit. Quātū ad fidē dimicatura. hōeſtatē igitˢ ſecuta ē iudith & dū eam ſequitˢ. utilitatem īuenit honeſtatis enī fuit ꝓhibere ne populus dei ſe ꝓphāis daret ne ritus patrios & ſacramēta ꝑderet. ne ſacras uirgīes uiduas graues pudicas matronas barbaricæ ſubiiceret ī puritati ne obſidionē deditione ſolueret: hōeſtatis fuit ſe malle ꝓ omnibus piclitari ut omēs eximeret a piculo. Quāta hōeſtatis auctoritas ut cōſiliū de ſummis rebus fœmina ſibi uēdicaret nec prīcipibus populi cōmitteret quanta honeſtatis auctoritas ut deū adiutorē præſumeret quāta gratia ut īueniret. Quid uero heliſeus niſi honeſtatē ſecutus eſt cū exercitū ſiriæ qui ad obſidendū eū uenerat captiuū ītroduxit in ſamariā cuius oculos cæcitate obduxerat & dixit Domine aperi oculos eorū ut uideāt Itaqꝫ cū rex iſrael ꝑcutere īgreſſos uellet eāqꝫ ſibi dari a ꝓpheta facultatē poſceret reſpōdit nō ꝑcutiēdos quorū captiuitatē nō eſſet manu opatus armiſqꝫ bellicis ſed magis ſubſidio alimētorū iuuādos dēiqꝫ epularibus refecti copiis nūq̄ poſtea in terrā iſrael pirate ſiriæ reuertēdū putauerūt. Quāto hoc ſubliius q̄ illud græcorū ꝙ cū duo populi aduerſus ſe de gloria impioqꝫ decertarēt & alter ex his haberet copiā quēadmodū naues alterius populi clanculo exureret turpe credidit maluitqꝫ minus poſſe

honeste q̃ plus turpiter. Et isti qdem sine flagitio hoc facere neqbãt ut eos qui cõsumãdi belli psici gratia in societatem conuenerant hac fraude deciperent quam licet non possent negare non possent tamen nõ erubescere. Heliseus autem non fraude deceptos licet sed potestate domini percussos maluit tamẽ seruare quã perdere. Quia decorum foret hosti parcere & aduersario donare uitam quam potuisset auferre nisi pepercisset. Liquet igitur id quod decorum est semp esse utile nam & iudith sancta decoro contemptu propriæ salutis soluit obsidionis periculũ & publicã honestate propria adquisiuit utilitatem & heliseus gloriosius ignouit quam perculit & utilius seruauit hostes quã cœperat. Quid autẽ aliud Ioannes nisi honestatẽ considerauit: ut inhonestas nuptias etiam in rege nõ posset perpeti dicens Non tibi licet illam uxorem habere. Potuit tacere nisi indecorum sibi iudicasset mortis metu uerum non dicere inclinare regi propheticam auctoritatẽ adulatione subtexere Sciebat utiq; moriturũ se esse quia regi aduersabatur Sed honestatem saluti prætulit. Et tamen quid utilius quã quod passionis uiro sancto aduexit gloriam: Sancta quoq; susanna denuntiato falsi testimonii terrore cum hic se uideret urgeri periculo inde obprobrio maluit honesta morte uitare obprobrium quam studio salutis turpem uitam subire ac sustinere. Itaq; dũ honestati intẽdit etiam uitam reseruauit Quæ si id quod sibi uidebatur ad uitã utile præoptauisset nõ tantã reportasset

gloriam. Imo etiam id quod non solum inutile sed etiam periculosum foret pœnam criminis forsitan nõ euasisset. Aduertimus igitur quia id quod turpe est non possit esse utile neque rursus id quod honestum est inutile quia complex honestatis est semper utilitas & utilitatis honestas. Memorabile ferũt rhetores quod dux romanorum cum ad eum aduersarii regis medicus uenisset pollicens daturum se regi uenenum uinctum eum ad hostem remiserit. Et re uera præclarum ut qui uirtutis certamen susceperat nollet fraude uincere. Non enim in uictoria honestatem ponebat sed ipsam nisi honestate quæsitam uictoriam turpe prænunciabat. Redeamus ad nostrum moysen atque ad superiora reuertamur ut quanto præstantiora tanto antiquiora promamus. Nolebat ægypti rex populum dimittere patrum dixit moyses sacerdoti aaron ut extenderet uirgam suam super omnes aquas egypti. Extendit aaron & conuersa est aqua fluminis in sanguinem & nemo poterat bibere aquam omnesq; egyptii siti peribant. Sincera autem fluenta patribus habundabant. Iactauerunt fauillam in cœlum & facta sunt ulcera & uesicæ cadentes in hominibus & quadrupedibus. Deduxerunt grandinem in igne flãmeo contrita erant super terram omnia. Rogauit moyses & uniuersa in suam gratiam reuerterunt Grando sedata est ulcera sanata potus solitos flumina præbuerunt. Iterum caligantibus tenebris operta erat terra per triduum ex quo moyses manum leuauerat &

tenebras infuderat Moriebatur omne primogenitũ
ægipti cum hebreorum omnis esset inoffensa proge
nies. Rogatus moyses ut his quoque finem exitus
daret orauit & impetrauit. In illo prædicãdum quod
a fraudis consortio temperauit in hoc mirabile quoni
am diuinitus intenta supplicia & uirtute propria etiã
ab hoste detorserit. Vere nimium sicut scriptum est
mansuetus & mitis sciebat quod fidem rex non serua
ret promissis Tamen honestum putabat ut rogatus o
raret Iesus benediceret appetitus remitteret. Proie
cit uirgam & serpens factus est qui deuorauit serpen
tes egyptiorum Significans ꝙ uerbum caro fieret
quæ serpentis diri uenena uacuaret per remissionem
& indulgentiam peccatorum. Virga est enim uerbũ
directum regale plenum potestatis insigne imperii
Virga serpens facta est quoniam qui erat filius dei
ex deo patre natus filius hominis factus est natus ex
uirgine Qui quasi serpens exaltatus in cruce medici
nam uulneribus ĩfudit humanis Vnde ipse dominus
ait Sicut moyses exaltauit serpentem in deserto ita
exaltari oportet filium hominis. Denique & alterũ
signum ad dominum Iesum pertinet quod moyses fe
cit Misit manum suam in sinum & protulit eam & fa
cta est manus eius sicut nix iterum misit & protulit eã
& erat sicut carnis hũanæ species Significãs dominũ
Iesũ primũ fulgorẽ diuinitatis postea susceptionẽ car
nis in qua fide credere omnes gẽtes populosq; opor
teret merito manum misit quia dextera dei christus

est in cuius diuinitate & incarnatiōe si quis non credi
derit quasi reprobus flagelatus sicut iste rex qui quo
niam signis non credidit euidentibus postea flagela
tus orabat ut ueniam mereretur. Quantns igitur ho
nestatis affectus esse debeat & his probatur & eo ma
xime quod se obiiciebat pro populo dicens ut remit
teret populo deus Aut certe de libro uiuentium se de
leret Tobias quoque formā expressit honestatis eui
dentius cum relicto conuiuio mortuos sepeliret & ad
cibos pauperis mensæ inuitaret inopes Raguhel præ
cipue qui contemplatione honestatis cum rogaretur
ut filiam suam in coniugium daret uicia quoque filiæ
non tacebat ne circunuenire petitorem uideretur tacē
do itaque cum thobias filius thobis posceret ut sibi da
retur puella respondit lege quidem ipsi eam deberi
tanquam propinquo sed dedisse eam iam sex uiris &
omnes eos esse mortuos. Iustus itaque uir plus alie
nis timebat & malebat innuptam sibi manere filiam
quam proter nuptias eius extrāeos periclitari Quā
breuiter absoluit omnes quæstiones philosophorum
Illi de uiciis tractant domorum tegenda an prodenda
a uenditore uideantur noster nec filiæ uicia celanda ar
bitratus est. Et certe non ipse affectabat ut eam trade
ret sed rogabatur. Quanto itaque iste honestior sit
illis dubitare nō possumus si conferamus quāto præ
stantior sit filiæ causa quam rei uenalis pecunia. Con
sideremus aliud quod in captiuitate gestum summum
tenuit honestatis decorem. Nullis enim aduersis ho

nestas impeditur quæ in his eminet & magis præcel
lit quam in prosperis. Inter uincula itaque inter arma
flammas seruitutem quæ liberis omni supplicio gra
uior est inter pœnas morientium excidia patriæ uiro
rum formidinem peremptorum sanguinem non exci
dit tantum cura honestatis maioribus nostris sed in
ter euersæ patriæ cineres & fauillas in affectibus piis
resplenduit & refulsit Nam cum in persidem ducerē
tur patres nostri qui tunc dei omnipotentis cultores
erant acceptum ignem de altari sacerdotes domini oc
culte in ualle absconderūt Erat illic uelut puteus haud
quaquam patens aquæ secessu infrequens nec popu
lari usui patens ignoto & ab arbitris remoto loco. Ibi
obsignauerunt indicio sacro pariter ac silentio ignem
reconditum Non illis studium fuit aurum defodere
argentum abscondere quod seruarent posteris suis.
Sed inter extrema sua honestatis curam habentes sa
crum ignem seruandum putauerunt ne eum uel impu
ri contaminarent uel defunctorum sanguis extingue
ret uel deformium ruinarum aceruus aboleret Abie
runt itaque in persidem sola religione liberi quæ sola
illis per captiuitatem extorqueri nequiuit Post uero
plurimum temporis quādo placuit deo dedit hāc mē
tem regi persarum ut restaurari in iudea templum &
legitimos reparari hierosolimis ritus iuberet Cuius
gratia muneris neemiam sacerdotem rex persarū di
rexit At ille secum deduxit illorum sacerdotum ne

potes qui profecturi de patrio solo sacrum ne periret
ignem absconderunt Venientes autem ut patrum ser
mone est proditum non inuenerunt ignem sed aquã
Et cum deesset ignis quo adolerent altaria . Haurire
eos aquam neemias sacerdos sibique deferre & asp
gere super ligna præcepit tũc uisu mirabile cum esset
cœlum intextum nubibus sol repente illuxit accensus
est magnus ignis ita ut omnes ĩ tam euidenti domini
gratia factum stupentes leticia perfunderentur ora
bat neemias psalebant sacerdotes hymnum deo canẽ
tes . Vtque consumptum est sacrificium iussit iterum
neemias residua aqua maiores perfũdi lapides Quo
facto flamma accensa est lumen autem refulgens ab
altari consumptum illico est Hoc patefacto ĩdicio rex
persarum eo loco in quo ignis fuerat absconditus &
postea reperta est aqua templum fieri mandauit cui
inferebantur dona plurima Appellaueruut autem il
lud qui erant cum sancto neemia epathar quod intrer
prætationem habet purificationis A plurimis nepthe
uocatur Inuenitur autem ĩ descriptionibus hieremiæ
prophetæ quod iusserit accipere de igne eos qui po
stea essent futuri Hic est ignis qui cecidit super sacri
ficium moysi & consumpsit illud sicut scriptum est qa
exiuit ignis a domino & cõsumpsit uniuersa quæ erãt
sup altare holocausta . Hoc igne oportebat sãctificari
sacrificiũ Ideoq; filios aaron quia alienum ignem ĩfer
re uoluerũt exiuit ignis iterũ a domino & cõsũpsit eos

ita ut mortui extra castra proiicerentur. Veniens aūt hieremias ī locū inuenit domū ī loco speluncæ & tabernaculū & archam & altare īcēsi ītulit illuc & obstruxit hostiū. Quod cum ii qui simul uenerant curiosius ꝑscrutarentur ut notarent sibi locum nequaquam conprahēdere atq; inuenire potuerunt ut autem cognouit Hieremias quod affectassent dixit Ignotus erit locus donec congreget deus congregationem populi & propitius fiat & tunc deus ostendet hæc & aparebit maiestas domini. Congregationem populi tenemus propiciationem domini dei nostri agnoscimus quam propiciator in sua operatus est passione. Arbitror ꝙ nec ignem istum possimus ignorare cum legerimus quia baptizat dominus Iesus in spiritu sancto & igni sicut in euangelio dixit Ioannes. Merito consumebatur sacrificium quoniam pro peccato erat Ille autem ignis typus spiritus sancti fuit qui descensurus erat post domini ascensionem & remissurus peccata omnium qui quasi ignis inflammat animum ac mentem fidelem Vnde ait Hieremias accepto spiritu Et factū est in corde meo ut ignis ardens flāmigerans in ossibus meis & dissolutus sum undiq; & ferre non possū Sed & ī actibus apostolorum cum decidisset spiritus sanctus super apostolos & plerosq; qui expectabant promissa domini tanquam ignē dispersas esse līguas legimus. Deniq; sic uaporabatur animus singulorū ut musto repleti esse extimarentur qui acceperant lin

guarũ diuersitate Quid ergo sibi uult ꝙ ignis aqua factus ẽ & aqua ignẽ excitauit Nisi quia spiritalis gratia per ignẽ exurit per aquã mundat peccata nostra : Eluitur enim peccatum & exuritur . Vnde & apostolus ait Vniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit & infra Si cuius opus arserit detrimentum patietur ipse autem saluus erit sic tamẽ quasi per ignẽ Quod ideo posuimus ut probaremus ꝑ ignẽ exuri peccata . Notũ est ergo hũc esse uere ignẽ saerũ qui tunc in typo futuræ remissionis peccatorũ descendit sup sacrificiũ . Hic igitur ignis abscõditur captiuitatis tẽpore quo culpa regnat tẽpore autẽ libertatis promitur Et licet ĩ aquæ speciem mutatus tamen seruat ignis naturã ut cõsumeret sacrificiũ Nec mireris cũ legeris quia pater deus dixit Ego sum ignis consumẽs Et alibi me dereliquerunt fõtem aquæ uiuæ Ipse quoq; dominus Iesus quasi ignis ĩflãmat audiẽtium corda quasi fons refrigerat nã ipse in euãgelio suo dicit quod ideo uenerit ut ignẽ in terras mitteret & potum sitiẽtibus aquæ uiuæ ministraret . Heliæ quoq; tẽpore descẽdit ignis quãdo ꝓuocauit prophetas gẽtiũ ut altare sine igne accẽderent Et cũ illi nequiuissent facere Hostiã suã tercio ipse ꝑfudit aqua & manabat aqua in circuitu altaris & exclamauit & cecidit ignis a domino de cœlis & cõsumpsit holocaustũ Hostia illa tu es considera tacitus singula In te descẽdit uapor spiritus sancti te uidetur exurere cũ tua peccata cõsumit . Deniq; & illud quod cõsũptũ

est sacrificiũ moysi tempore sacrificiũ ꝓ peccato erat Vnde moyses ait sicut ĩ machabeorũ scriptũ est libro eo quod non sit manducatũ quod erat pro peccato cõ sumptũ est Non ne tibi consumi uidetur quando in baptismatis sacramẽto interit homo totus exterior ue tus homo noster confixus est cruci apostolus clamat Illic sicut patrum exempla te docent ægyptius demer gitur hebreus resurgit sancto renouatus spiritu Qui etiam per mare rubrũ inoffenso trãsiuit uestigio ubi baptizati sunt patres sub nube & in mari In diluuio quoque noe tempore mortua est omnis caro Iustus tamen cũ sua progenie seruatus est An non consumi tur homo cũ absoluitur mortale istud a uita Deniq; exterior corrumpitur sed renouatur interior Nec so lum in baptismate sed etiam in pœnitẽtia fit carnis in teritus ad profectũ spiritus sicut apostolica docemur auctoritate dicente sancto paulo Iudicaui ut præsens eum qui sic operatus est tradere huiusmodi sathanæ in interitum carnis ut spiritus saluus sit in die domini nostri iesu christi. Prolixior excursus admirandi gra tia misterii factus uidetur dũ studemus reuelatũ ple nius sacramentũ pandere quod eo usq; plenũ honesta tis est ut sit plenum religiouis Quanta autem honesta tis cura maioribus fuerit ut unius mulieris iniuriam stupro illatam intemperãtiũ bello persequerent̃ & ui cto populo tribus beniamin obtestarentur in coniugi um se eis ꝓprias filias nõ daturos Remãserat tribus

ſine ullo poſteritatis ſubſidio niſi fraudis neceſſariæ
accepiſſet licentiam Quæ tamen indulgentia congruo
in temperãtiæ ſupplicio nõ uidetur uacare quãdo illis
hoc ſolum permiſſum eſt ut rapta inirent coniugia nõ
cõnubii ſacramẽto Et re uera dignum fuit ut qui alie
num contubernium ſoluerant ipſi nuptiarum amitte
rent ſolennitatem. Quam plena autem miſerationis
hiſtoria Vir inquit leuita acceperat ſibi iugalẽ quam
a concubitu concubinam appellatã arbitror Quæ ali
quanto poſt quibuſdam ut fieri ſolet offenſa rebus ad
patrem ſe cõtulit & fuit illic quatuor menſibus Exur
rexit uir eius & abiit ad ſoceri ſui domum ut cum ſua
iugali repararet gratiam & reuocaret eam & reduce
ret Occurrit ei mulier atq; in domum patris ſui intro
duxit maritum Letatus eſt adoleſcentulæ pater uenit
obuiam & ſedit cum eo tribus diebus & epulati ſunt
& quieuerunt Et ſequenti die ſurrexit leuita diluculo
& retentus eſt a ſocero Vt tam cito non deſereret cõ
uiuii iocunditatem & alio & tercio die non permiſit
pater adoleſcẽtulæ proficiſci generũ ſuũ donec leticia
inter eos & gratia omnis conſumaretur Sed die ſepti
mo cum iam ad ueſperum declinaret dies poſt mẽſas
& leta conuiuia cum prætexeret finitimæ noctis uicini
am ut apud ſuos potius quam apud extraneos requie
ſcendum putaret nequiuit tenere & dimiſit una cum fi
lia ſua Verum ubi facta eſt aliqua progreſſio cum ue
ſper iã ꝓpior urgeret & adpropĩquatũ foret ad urbẽ

iebuseorum dicente seruulo ut ad eam dominus suus deflecteret non adquieuit dominus suus quia nō erat illa ciuitas filiorum israel sed intendit peruenire usq; gaba quæ habitabatur a populo tribus beniamin Nec erat quisquā qui aduenientes reciperet hospitio nisi uir peregrinus progressa ætate Qui cum aspexisset eos & interrogasset leuiten quo uadis uel unde uenis quo respondente q̄ esset uiator & montem repeteret effren & non esset qui colligeret eum hospitium ei obtulit & adornauit conuiuiū At ubi sacietas epulādi facta est & mensæ remotæ irruerunt pestilentes uiri circumierunt domum Tunc senior filiam suam uirginē & coæqualem eius cum qua cubitare solita esset offerebat uiris iniquitatis tantum ne uis irrogaretur hospiti Verum ubi parum ratio processit & uis præualuit cessit leuites iugali suæ & cognouerunt eam & tota nocte illuserunt ei Qua atrocitate uel dolore uicta iniuriæ ante hostium hospitis quo uir suus deuerterat ꝓiecit se atque exhalauit spiritum supræmo licet uitæ munere affectum bonæ coniugis seruans ut exequias saltem sui funeris marito reseruaret Quo cognito ne multis morer omnis prope populus israel in bellum exarsit Dubioque euentu cum anceps maneret prælium tercia tamen præliandi uice traditus est populus beniamin populo israel & diuina iudicatus seutentia pœnas intemperantiæ luit & condēnatus quoq; ne qs

ei ex numero patrum filiam suam daret in uxorem Idq; cōfirmatū iurisiurādi sacramēto est Sed cōpuncti quod tam acerbā in fratres tulissent sententiā ita seue ritatem eius temperauerūt ut orbatas parētū uirgines in cōiugiū sibi asciscerent quorū patres pro delicto pe rempti forēt uel rapto copulā sociarent qa pro tā tur pis cōmissi facīore quo alieni matrīonii iusuiolauerāt indignos se impetrando exhibuere matrimonio Sed ne periret una populo tribus fraudis īdulta est cohi bentia Quāta igitur honestatis cura maioribus fuerit hinc prodit ut. xl. millia uirorū stringerēt gladiū ad uersus fratres suos de tribu beniamin dū ulcisci uolūt īiuriā pudiciciæ qa temeratores castitatis nō sufferebā tur Itaq; in eo bello cæsa sunt utrinq; sexaginta quinq; fere milia bellatorū & exustæ urbes Et cum inferior primo fuisset populus israel tamen nec aduersi metu belli pcitus uindicandæ castitatis sequestrauit dolorē Ruebat in prælium uel sanguine suo parans cōmissi flagicii diluere notā Et quid mirum si populo dei de corum illud atq; honestum curæ fuit quando lepro sis sicut in libris regnorum legimus honestatis non defuit consideratio fames erat magna in samaria quia obsederat eam exercitus syrorum Rex militares excubias supra murum sollicitus reuisebat interpel lauit eum mulier dicens Persuasit mihi hæc mulier ut afferrem filium meum Et atulli & coximus & comedimus eum Et promisit ut & ipsa postea suum

filium afferret et carnes illius simul manducaremus Nūc aūt filiū suū abscōdit & nō uult eum afferre. Motus rex quod nō solum humanis sed etiā parricidiali bus cadaueribus mulieres pastæ uiderētur & tā atro cis calamitatis exemplo pcitus Heliseo prophetæ de nunciauit necē cuius in potestate fore crederet ut obsi dionē solueret propullaret famē Vel quia nō permi serat regi ut percuteret syros quos cœcitate pfuderat Sedebat Heliseus cum senioribus in bethel & priusq̄ introiret ad eum regis nuncius ait ad seniores uiros Si uidistis quoniā filius homicidæ illius misit auferre caput meum Et introiuit nuncius & mādatū regis ptu lit denūciantis præsens capitis periculū Cui respōdit propheta hac hora die crastina erit mensura similagi nis siclo & duæ mensuræ ordei siclo in porta samariæ Et cū missus a rege nuncius nō credidisset dicēs si plu erit dominus de cœlo habundātiā frumenti Nec sic quidem id possit effici dixit ad eum Heliseus quia nō credidisti oculis tuis uidebis & nō māducabis Et fa ctus est subito in castris syriæ uelut quadrigarū sonus & uox multa eqtum & uox magna uirtutis atq; īgens belli tumultus et arbitrati sunt syri quod rex israel in societatem aduocasset prælii regem ægypti et regē amoreorum et fugerunt diluculo relinquentes taber nacula sua quoniam uerebantur ne inprouiso aduentu nouorū opprimerētur hostiū et cōiūctis regū uiribus nō possent resistere. Id īcognitū samariæ erat quoniā

uicti metu & fame tabidi nec prætendere audebant Erant autẽ leprosi quatuor ad portã ciuitatis qbus ui ta erat suppliciũ & mori lucrum & dixeruut ad se ĩui cem. Ecce nos hic sedemus & morimur Si ingredi mur urbem moriemur fame Si manemus hic nullum subsidiũ uiueudi suppetit nobis Eamus ĩ castra syriæ aut conpendiũ mortis erit aut salutis remediũ. Per rexerunt itaq; & intrauerũt in castra & ecce omnia nu da Hostium ingressi tabernacula primũ repertis ali mentis fugauerunt famem deinde auri & argenti quã tum potuerũt diripuerunt Et cũ soli prædæ incumbe rent dispofuerũt tamen nũciare regi fugisse syros qa id honestum arbitrabant̃ quam repræsso indicio foue re fraudis rapinam Quo indicio egressus ẽ populus & diripuit castra syriæ & cõmeatus hostiũ habundan tiam fecit annonæ uilitatem reddidit secundũ prophe ticum dictum ut mensura similaginis siclo & duæ mẽ suræ ordei pari præcio constarent. In hac leticia ple bis nuncius ille in quo requiescebat rex cõtritus ĩ por ta ĩter exeũtiũ festinationẽ & remeãtiũ exultationẽ cõ culcatus a plebe mortuus ẽ Quid hester regina nõ ne ut populũ suũ piculo exueret quod erat decorũ atq; honestũ morti se obtulit nec ĩmitis regis trepidauit fu rorẽ Ipse quoq; rex persarũ ferox atque tumido cor de tamen decorum iudicauit indici insidiarum quæ si bi paratæ forent gratiam repræsentare populumque liberum a seruitute eripere neci eruere nec parcere ei

qui tam indecora suasisset Denique quem secundum a se precipuum inter omnes amicos haberet cruci tradidit quod dehonestatum se eius fraudulentis consiliis animaduertisset.

CAP. DE AMICICIA PROBABILI: Capit. IIII.

EA enim amicicia probabilis quæ honestatem tuetur præferenda sane opibus honoribus potestatibus Honestati uero præferri non solet sed honestatem sequi Qualis fuit Ionathæ qui pro pietate nec offensam patris nec salutis periculum refugebat Qualis fuit ãbimelech qui pro hospitalis gratiæ officiis necē potius sui quam proditionem fugientis amici subeundam arbitrabatur. Nihil igitur præferendū honestati Quæ tamē ne amiciciæ studio prætereatur etiam hæc scriptura admonet de amicicia Sunt enim plereq; philosophorū quæstioēs Vtrū amici causa qs quam cōtra patriā sentire nec ne debeat ut amico obediat Vtrū oporteat ut fidē deserat dū īdulget atq; ītēdit amici cōmoditatibus Et scriptura qdem ait Claua & gladius & sagita ferrata sic homo ē testimonium dãs falsum aduersus amicū suū Sed cōsidera qd astruat non testimonium repræhendit dictum in amicum sed falsum testimonium Quid enim si dei causa quid si patriæ cogatur aliquis dicere testimonium Nunquid præponderare debet amicicia religioni præ

ponderare ciuium charitati ? In his tamē ipſis requirē
da eſt ueritas teſtimonii ne amicus appetatur amici p
fidia cuius fide abſolui debeat Amicus itaque neque
noxio gratificari debet neque innocenti inſidiari Sa
ne ſi neceſſe ſit dicere teſtimoniū ſi quid ī amico uicii
cognouerit corripere occulte Si non audierit corripe
re palam . Sunt enim bonæ correptiones & plerūq;
meliores quam tacita amicicia Et ſi ledi ſe putet ami
cus tu tamen corripe Et ſi amaritudo correptiōis ani
mū eius uulneret tu tamē corripere ne uerearis . To
lerabiliora ſunt enim amici uulnera quam adulantium
oſcula . Errantem igitur amicum corripe Innocentē
amicum ne deſeras . Conſtans enim debet eſſe amici
cia perſeuerare ī affectu nō puerili modo amicos mu
tare uaga quadam debemus ſententia Aperi pectus
tuum amico ut fidelis ſit tibi & capias ex eo uitæ tuæ
iocunditatem . Fidelis enim amicus medicamentum ē
uitæ īmortalitatis eſt gratia . Defer amico ut equali
nec te pudeat ut præuenias amicum officio Amicicia
enim neſcit ſuperbiam . Ideo enim ſapiēs dixit Ami
cum ſalutare non erubeſcas nec deſeras amicum in ne
ceſſitate nec derelinquas eum neque deſtituas quoni
am amicicia uitæ adiumentum ē . Ideo eius onera ut
noſtra portemus ſicut apoſtolus docuit Dicit enim
his quos eiuſdem corporis complexa eſt charitas Et
enim ſi amici ſecundæ res amicos adiuuant cur non &
in aduerſis amici rebus amicorum adiumētū ſuppetat

Iuuemus consilio conferamus studia compatiamur af fectu. Si necesse est toleremus proter amicum etiã aspera. Plerumque inimicicitiæ subeundæ sunt proter amici inocentiam sæpe obtrectationes si restiteris uel responderis cum amicus arguitur & accusatur Nec te peniteat huiusmodi offensionis Iusti enim uox est & si mala mihi euenerint proter amicum sustineo In aduersis enim amicus probatur Nam in prosperis amici omnes uidentur. Sed ut in aduersis amici pati entia & tolerantia necessaria est sic ĩ prosperis aucto ritas congrua est ut insolentiam extollentis se amici reprimat & redarguat. Quam pulchre ĩ aduersis po situs iob dicit miseremini mei amici miseremini non quasi abiecta uox ista est sed quasi censoria. Nam cũ iniuste arguitur ab amicis respondet miseremini mei amici Hoc est qui misericordiam debetis facere Op primitis autem uos & impugnatis hominẽ cuius erũ nis compati pro amicicia uos oportebat. Seruate igi tur filii initam cum fratribus amiciciam quia nihil est in rebus humanis pulchrius. Solatium quippe uitæ huius est ut habeas cui pectus aperias tuum cum quo arcana participes cui committas secretum pectoris tui ut colloces tibi fidelem uirum qui in prosperis gratu letur tibi in tristibus compatiatur in persecutionibus adhortetur. Quam boni amici hebrei pueri quos a sui amore nec fornacis ardentis flamma diuisit De quo loco ut supra diximus bene ait sanctus Dauid. Saul & Ionatha speciosi & carissimi insepa

ĩseparabiles ĩ uita sua & ĩ morte nõ sũt separati. Hic ẽ amiciciæ fructus non ut fides proter amiciciã deserat᷑ Non potest enim homini amicus esse qui deo fuerit infidus. Pietatis custos amicicia est & æqualitatis magistra ut superior inferiori se exibeat æqualem inferior superiori Inter dispares enim mores non potest esse amicicia Et ideo conuenire sibi utriusque debet gratia Nec auctoritas desit inferiori si res poposcerit nec humilitas superiori Audiat quasi parem quasi æqualem & ille quasi amicus moneat obiurget non iactantiæ studio sed affectu caritatis Neque monitio aspera sit neque obiurgatio contumeliosa Sicut enim adulationis fugitans amicicia debet esse ita etiam aliena insolentiæ. Quid est enim amicus nisi cõsors amoris ad quem animum tuum adiungas atque applices & ita misceas ut unum uelis fieri ex duobus cui te tãq̃ alteri tibi cõmittas a quo nihil timeas nihil ipse cõmodi tui causa inhonestum petas Non enim uectigalis amicicia ẽ sed plena decoris plena gratiæ Virtus est enim amicicia non quæstus quia non peccunia paratur sed gratia nec licitatione preciorum sed concertatiõe beniuolentiæ Denique meliores amiciciæ sunt ĩopũ plerunque quam diuitum Et frequenter diuites sine amicis sunt quibus habundant pauperes Non est enim uera amicicia ubi est fallax adulatio Diuitibus itaq; pleriq; assentatorie gratificant᷑ erga paupẽ nemo simulator ẽ Verũ est q̃dq̃d defert᷑ paupi huius amicicia inuidia uacat Quid amicicia ꝑciosius quæ ãgelis

cōmunis & hominibus est. Vnde dominus iesus dicit facite uobis amicos de iniquo mamona q recipiat uos in æterna tabernacula sua: Ipse nos deus amicos ex seruulis facit sicut ipse ait iam uos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio uobis dedit formam amiciciæ quam sequamur ut faciamus amici uoluntatem ut aperiamus secreta nostra amico quæcunq; in pectore habemus & illius arcana non ignoremus. Ostendamus illi nos pectus nostrum & ille nobis aperiat suum Ideo inquit uos dixi amicos quia omnia quæcunque audiui a patre meo nota feci uobis. Nihil ergo occultat amicus si uerus est effundit animum suum sicut effundebat misteria patris dominus iesus. Ergo qui facit mandatum dei amicus est hoc honoratur nomine qui est unanimis ipse amicus est q; unitas animorum in amicis sit. Neq; quisquam detestabilior quam qui amiciciam læserit. Vnde in proditorem dominus hoc grauissimū īuenit quo eius cōdemnaret pfidiā q; gratiæ uicē nō repræsentauerit & cōuiuiis amiciciæ uenenū maliciæ miscuerit. Itaq; sic ait. Tu uero homo unanimus meus & dux meus & notus meus qui semper mecum dulces capiebas cibos. Hoc est nō potest sustineri istud quia unanimus apetisti eum qui tibi donauerat gratiam. Nam si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem utiq; & ab eo q me oderat absconderem me inimicus uitari potest amicus non pōt si insidiari uelit. Illum cauemus cui non committimus consilia nostra hunc cauere non possumus cui commi


simus. Itaq; ad aceruandam peccati inuidiam nō dixit tu uero seruus meus apostolus meus sed unanĩus meus hoc est non meus sed ètiam tuus proditor es quia unanimum prodidisti. Dominus ipse cum a tribus regibus offensus ēēt qui sancto iob nō detullissent ignoscere his per amicum maluit ut amiciciæ suffragiū remissio fieret peccatorum Itaque rogauit iob & dominus ignouit. Profuit illis amicicia quibus offuit ĩsolētia: Hæc apud uos deposui filii quæ custodiatis in animis uestris quæ utrum aliquid profectus habeant uos probabitis interim copiam multam exemplorum afferent Nam prope omnia maiorū exempla plurima quoq; dicta his tribus inclusa libris tenentur Vt & si sermo nihil deferat gratiæ series tamē uetustatis quodam cōpēdio expressa plurimū ĩstructioĩs conferat.


FINIS TERTII LIBRI SANCTI AMBROSII DE OFFICIIS.

Nectar & Ambrosiam cœlestia munera quæris
  Hoc Sanctum Ambrosi perspice lector opus.
Arida qui tali compleuerit ora sapore
  Non sitiet. nullam sentiet ille famem.

Impressus mediolani p Chirstofor Valdarfer
Ratisponensem. M. cccc lxxiiii die vii Ianuarii.






2

Ambrosius servus Christi fratibus p omnem italiam in dño eternam salutem in diversis voluminibus
Reus ascibitur quino

Non virtu ne bel parlar ne priegij
manchando quelche fa cantur li ciechi

Reus ascibitur

Aue santissima Maria mater dei Regina celi porta
paradizi domina mundi pura singularis tus

Ambrosius de Regnis

Ambr

~9.0

	74
	32
	106

Job



adì 3 mccm ... 1539 ...

Iste liber est ambrossi martini dns ambrossius deregnis filius dns



Iste liber est meus bartolomeus de ferrari




Iacobus deregnis



Hereticos ausus ratione & verbere lingue
Sternere nec regi cedere Theodosio
Accipe quem comitem

Hereticos ausus ratione & verbere lingue
Sternere: nec regi cedere Theodosio
Accipe quem comitem tibi mittimus: omnia uotis
Scilicet acturum complacitura tibi tuis
Anguiger insubrium Galleaz dux ecce Manas
Ingenio cunctis ac probitate prior.

Fran. philelfi ad S. Ambros. [illegible] Illmi. G3. M. SF.
Vicecom. Mli. Ducis. V.
Domnico Mli. post altare maius



Jos^s Ambr^s de R

mihi Lubem

Jos^s Ambrossius de Reynis

Aaabbccddeeffg gh Reyns

Jos^s

Jos^s Ambr^s de Regnis



Regnis



